

~~PB. 13.~~

ENTWURF
eines
KOENIGLICH - PREUSSISCHEN
GEISTLICHEN
CIVIL-PRIVAT-
RECHTS.

Bey Gelegenheit der zum Druck beförderten
CARRACHSCHEN ANMERKUNGEN
über
J. H. BOEHMER
Institutiones Juris Canonici,

versuchet
von
GEORGE FRIEDRICH MÜLLER
Königlich - Preussischen Krieges- und Domainen - Rath.

HALLE,
im Verlag des Waisenhauses,
MDCCCLXXXI.

ENTWURF
eines
KÖNIGLICH-HERUSSISCHEN
GEISTLICHEN
CIVIL-PRIVAT-
RECHTS

KÖN. PR. FR.
UNIVERS.
ZV HALLE

Kr 4209



GEOORG TRIPPICH MÜLLER
Hilger Müller Richter und Domänenrat · Begr.
Königl. und Landesbibliothek Halle/S.

HALLE

im Verlese des Wissenshauses

MDCCLXXI

PRÆNOBILISSIMO
DOMINO
OTTONI CHRISTOPHORO
ELTESTER

S. R. M. BORUSSOR. CONSILIARIO JU-
STITIAE INTIMIORI, ET MEMBRO
TRIBUNALIS SENIORI.

AVUNCULO MEO HONORATISSIMO

HANCCE COLLECTIONEM
PERPETUÆ PIGNUS OBSERVANTIAE
OMNI QUA PAR EST VENERATIONE

JUS L. BRUNNINGI

D. D. D.
GE. FR. MÜLLER.

LXXXI
TRIBUNALISIMO
DOMINO
OTTONI CHRISTOPHORO
ESTER

EX M. FORTISSOR CONSILARIO IN
SITIA JURISPOLI ET MEMOR
TITULIS AEGIPICII

VINCULO MED HONORATISSIMO

HANC COTTERCTIONE

PERPETUUM PIGENS PRESERVANTIE

OMNIQVA TAN ET AENIRATIONE

IN HONORATISSIMO

DD

GER LR MÜLLER



BENEVOLE LECTOR!

A
ccipe lubenter à me
præsentem conquisi-
tionem lectissimarum
commentationum B. JOAN-
NIS TOBIÆ CARRACHII
ad B. JUSTI HENNINGII
BOEHMERI *Institutiones ju-
ris canonici tum ecclesiastici, tum*
¶ 3 *ponti-*

pontificii, ex indole compendii
commentationibus indigentes;
Accipe hoc offerumentum eo
animo, quo TIBI offero. Isti
JCtorum neotericorum Duum-
viri eximii se mihi quoque in
scholis S. Collegiis pereruditos
præstiterunt, meque in utraque
Jurisprudentia humana erudie-
runt. Qua occasione, quave
fortuna hocce thesauro eruditio-
nis juridicæ potitus sum. Præ-
ter sophocleum cothurnum sum-
ma ingenia, lucesque Jurium
prudentiæ ex universis BOEH-
MERI & CARRACHII scri-

ptis

ptis nobis; ut jam dudum con-
stat inter omnes, semper afful-
serunt: Quapropter nemo du-
bitabit, quin hæ commentatio-
nes cuique quoque arrisuræ sint.
Accipe tamen hac etiam occa-
sione, non iniquo in me ani-
mo, omnes sedi materiæ cuicun-
que proprias Leges Prutenicas
& Marchicas idiomate patrio,
verbisque, quantum fieri potuit,
Legislatoris, ne sensus lœdatur;
ipsis, cum indice adjectas. De-
super ego nunc à servitiis illo-
rum Præceptorum meorum, so-
lam orthographiam & correctu-


201

ram

ram s. inspectionem in scribam
& hypothetam mihi vindico.
Nam cætera nec sunt mea, nec
unquam augmenta aut doctrinæ
aut amoris, multo minus com-
mendationis desiderarunt. Vale
& aripe avide, qui jure merito-
que avide Carrachianas expe-
ctasti commentationes summa
eruditio[n]e refertas. Scribebam
Berolini Pridie Nonarum Apri-
lis, Anno millesimo, septingen-
tesimo, octuagesimo primo.

miss

Res



Res ecclesiasticae dividuntur

I. Secundum jus pontificium in spirituales, quae sunt vel

A. corporales; eaque sunt vel

a) sacræ vel sanctæ, quo referuntur

a) ecclesiæ,

b) altaria,

c) vasa & vestes,

d) Sanctorum reliquiarum.

b) religiosæ, quo pertinent

a) religiosæ domus, e. g. monasteria, hospitalia, orphanotrophea &c.

b) cœmeteria,

c) sepulcrorum.

c) Sacra menta, quae

a) sumuntur in sensu

a) lato inter pontificios pro visibilibus signis
invisibilis gratiæ divinæ, ut æquipollent mysteriis, & septem species recententur. Verum hoc modo multo plura esse deberent. Inde

[β] strictiore sensu protestantibus sunt sacra menta actiones

1) in Novo Testamento,

2) ab ipso Christo instituta;

A

et

3) ut signa quædam sensibilia, visibili ritu secundum Christi institutionem trætentur, quæ uniantur cum re cœlesti.

4) usque ad filii Dei adventum,

5) quo offertur promissio Dei de gratia divina, & quidem

6) speciatim justificationis & remissionis peccatorum, totiusque operis redemtionis Christi.]

b) Dividuntur in sacramenta

a) veteris legis seu testamenti, utpote

1) circumcisio,

2) sacrificia.

b) novæ legis seu Testamenti, quæ dividuntur

1) a causa in

aa) necessaria, utpote

aa) baptismus,

ββ) confirmatio, [sed deest requisitum sacramenti ex not. præced. β. 1. 2. 4. 5. 6.]

γγ) eucharistia,

δδ) pœnitentia; [sed non simpliciter habet requisitum secundum, & deest tertium.]

εε) extrema uncio. Sed deest requisitum 2. 3. 4. 5. 6.

ηη) voluntaria, utpote

ηη) ordo facer; sed deest requisitum 3. 4. 5. 6.

ββ) matrimonium; sed deest requisitum 3. 5. 6.

2) Ab effectu in

aa) characterem indelebilem imprimentia, adeoque irreiterabilia,

aa) bap

aa) baptismus,
 bb) confirmatio,
 cc) facer ordo,
 dd) pænitentia publica solennis se-
 cundum consuetudinem quarun-
 dam ecclesiarum.

B) characterem non imprimentia, adeo-
 que reiterabilia, scil.
 aa) evcharistia,
 bb) matrimonium,
 cc) extrema unctione,
 dd) pænitentia privata, ut & publica
 solennis in quibusdam ecclesiis.

[Sed character indelebilis est ens
 obscurum, & a protestantibus
 negatur. Reiterabilitas autem
 evcharistia & irreiterabilitas
 baptissimi ex aliis rationibus de-
 ductur, scil. Christi institutio-
 ne & iussu, exemplo sacra-
 menti veteris Testamenti & ob-
 servantia primæ ecclesiæ.]

B. Incorporales, quæ non incurruunt in sensus, scil.

a) virtutes & dona Dei, sed hæc perperam ad le-
 ges & jurisprudentiam referuntur,

b) ea, quæ in jure consistunt, Gerechtigkeiten,
 vt pote

a) beneficia seu præbenda, quæ sunt jus percipi-
 endi redditum ex bonis ecclesiast. pro of-
 ficio ecclesiastico.

b) jus patronatus vulgare est jus præficiendi
 ecclesiæ ministrum, eumque investiendi
 cum bonis ecclesiasticis salary loco, con-
 junctum cum onere ecclesiam & ministrum
 sustentandi.

A 2

c) Deci-

4
c) *Decimæ* sunt decima pars fructuum clericis debita ex opinione erronea, quasi ex absolute Dei voluntate clericis aut egenis debantur.

d) *Canonica portio*, quæ est

a) *parochialis*, seu portio tertia vel quarta parocho ecclesiæ debita, si parochianus in alio loco, v. g. in monasterio sepulturam sibi eligens propterea illi loco aliquid legavit, detrahenda ab hoc legato:

b) *episcopalis*, seu quarta pars episcopo debita ab eis, quæ relicta sunt, v. g. per legatum ecclesiæ cuidam episcopo subiectæ. Olim enim bona ecclesiastica quadripartita erant, cum

- 1) quarta pars episcopo,
- 2) quarta clericis,
- 3) quarta pauperibus cederet,
- 4) quarta fabricæ, i. e. ad ædificium ecclesiæ sustinendum.

c) *Procurations* sunt exhibito sumtuum necessariorum episcopis ecclesiæ visitantibus facienda ex ærario ecclesiæ, quæ visitatur, Visitations-Gebühren, Diäten.

d) *Census* sunt pensio ab ecclesiis subiectæ episcopo præstanta in signum subjectionis, vel aliam ob causam. Sunt enim census multiplicis generis.

e) *Immunitas ecclesiistarum* aliorumque locorum religiosorum, consistit in liberitate ab oneribus publicis, quæ aliis prædiis incumbunt, partim etiam in alio quovis privilegio iis concessso.

C. *Tem-*

- C. *Temporales*; quæ sunt res comparatae in usum ecclesiarum & ministrorum ecclesie, ut hi & ecclesia inde sustententur. Huc pertinent prædia, domus, Pfarr-Hufen und Häuser, fructus decimales, & sic porro.
- II. *Quoad jus protestantium res ecclesiasticae sunt omnia rotius ecclesiae externe confociatae negotia, quatenus legibus obnoxia sunt, & consistunt*
- A. in ipso cultu divino externo, quatenus lege determinari potest.
 - B. Vel res sunt ad cultum divinum externum destinatae & applicatae, ut ei inserviant vel
 - α) immediate, ut
 - a) ecclesia,
 - b) vasa sacra,
 - c) ex reliquis papatus cœmeteria secundum quorundam opinionem, nec non
 - d) religiosæ domus.
 - β) mediate, ut nimirum ex iis res immediate ad cultum divinum externum pertinentes sustinentur, utpote prædia ecclesiastica, domus, decimæ, census, præbendæ, jus patronatus.

PRAELIMINARIA.

In jure can. præmonendi sumus

- 1) de utilitate ejus. Est enim
 - α) principalis jurisprudentiæ pars, eaque
 - β) diffusa & difficilis, atque
 - γ) ea carere non possumus, dum cum pontificiis versamur, & inter protestantes reliqua sunt negotia orta ex jure can., sicuti & hoc jus suo modo in causis civilibus inter protestantes valet; unde & ordinationes provinciales, tum ecclesiasticae, tum politicæ, tum proceliales multa habent admixta ex jure can.

d) protestantes quoque docendi sunt arcana papatus politici, ut ab his caveamus nobis. Superfunt quoque

e) reliqua papatus inter protestantes in politicis.

2) De subsidiis in primis dicendum, quod

a) Scriptura sacra,

β) Logica,

γ) jus naturae,

δ) Historia Ecclesiast. una cum antiquitatibus iudaicis & Christianis.

ε) jus privatum, publicum, feudale huc faciant.

3) De libris dicendum conferendis. Qui sunt

1) Thomasii cautelæ circa præcognita jurisprudentiae ecclesiast.

2) Vitrunga de synagoga veterum,

3) Spencerus de legibus Hebreorum ritualibus.

4) Seldenus de Synedrio,

5) Boehmeri diss. juris ecclesiast. antiqui,

6) Spanheimi Hist. Ecclesiast.

7) Ziegleri varii tractatus huc pertinentes, de epis copis, de superintendente, de diaconis &c.

8) Boehmeri Jus Ecclesiast. Protestantium.

LIBER

A



LIBER I.

TIT. I.

DE SUMMA TRINITATE ET FIDE
CATHOLICA.

Ad rubr.



atholica.] Decretales ex duabus
partibus principaliter constant,
scil. 1) ex parte generali, & 2) ex
parte speciali. Illa absolvitur
quator prioribus Titulis Libri I.

hæc vero a Tit. V. per reliquum opus totum
se extendit, secundum ordinem versiculi, quem
Dominus Autor in præfat. §. 9. proposuit & ex-
plicavit. Pars generalis continet prolegomena
juris can. tam ecclesiastici, quam pontificii. Illa
imprimis tractant de *legibus ecclesiasticis*, hæc ab
ecclesia christiana nomen & originem habent;
hæc vero ex *religione christiana* orta est. Hujus

A 4 prima-

primarium caput est id, quod de summa Trinitate tractat. Unde in prolegomenis juris can. de religione christiana, de ecclesia christiana, & de LL. ecclesiasticis agendum. Accedit, quod decretales collectæ sint inter alia quoque ex canonibus conciliorum. Concilia autem prima œcumenica celebrata sunt maxime fidei christianæ afferendæ causa adversus haereticos trinitatem negantes, vel non recte de ea statuentes. Præterea imitantur decretales Corpus juris Justiniani, cuius Codex repetitæ prælectionis de jure sacro, indeque de fide catholica & trinitate sub initio tractat.

ad §. I.

Consequendæ causa.] Religio in significatu proprio & generali est complexus omnium officiorum hominis in Deum. Indeque *christiane religio* quoque consistit in complexu omnium officiorum hominis erga Deum, a Christo ejusque discipulis traditorum, indigitantium fidem in Christum, totius mundi Salvatorem. Officia vero hæc sunt, vel

- 1) theoretica, seu cognoscenda, vel
- 2) practica seu agenda, quæ cultum divinum constituunt, tum
 - α) internum, tum
 - β) externum.

Quamquam enim Autor definiendo imprimis expresserit officia practica, hæc tamen supponunt theore-

theoretica, & sic implicite eadem complectuntur. *Ceteri religionis significatus alias obvii etiam in jure can. sunt tropici & improprii.* Sic de-
notat quoque complexum doctrinarum, harumque formulas de officiis erga Deum. Et tan-
dem Pontificii ex singulari opinione perfectio-
nis in cultu divino, quam in monachismo sup-
ponunt, hanc præcipue religionis nomine in-
signiunt.

ad §. 5.

Ecclesia.] Ecclesia enim vi vocis in genere
salem denotat concionem seu cœtum quemcun-
que hominum. *Vi definitionis autem ecclesia*
christiana est cœtus hominum coëntium ad reli-
gionis christianæ scopum obtainendum, per §. præ-
ced. Unde nec vox nec notio aliud, quam so-
ciatem æqualem indigit, siquidem quoad no-
tionem nec genus proximum nec differentia spe-
cifica ecclesiæ christianæ aliud indigit. Accedit,
quod omnium ecclesiæ christianæ membrorum
prorsus idem atque æquale sit interesse; ideo-
que æquale jus in consociatione ejusmodi, quæ
etiam ex paucissimis membris consistere potest.

Mente salvatoris.] Qui tam respectu sui,
quam Apostolorum omne detestatus est impe-
rium, hosque exhortatus ad humilitatem, abdi-
cata omni potestate.

Respuentes.] Evidem religionis magna pars
consistit in officiis internis hominum, tum quoad

A 5 creden-

credenda, tum quoque quoad fiduciam piosque affectus, quæ omnia non sunt objectum legum & imperii. Accedit absurdum, quod alias religio penderet ex casu fortuito, cui scil. imperanti quis subjectus esset, & quam ille haberet religionem, quo mutato simul subditorum religio mutaretur; indeque iter faciens per diversa territoria imperantium diversæ religionis cum solo quoque verteret religionem uno eodemque die. Tacco absonum, quod contrariis religionibus idem homo simul addictus esse deberet, si imperium in ipsum haberent socii imperii diversæ religionis. Ex adverso officia hominis in Deum & in se ipsum naturali jure exigunt, ut quisque studeat, quo ipse certus fiat de optima religione. Ex scriptura autem quisque ex sua fide, non ex aliena judicandus est.

Statum.] Intelligit Autor statum civilem, adeoque merito incongruum judicat, rempubl. oriri in republ.

§. 6.

Et persecutione.] Alia collegia autem civilia substantiam habent a reipubl. tutamine & confirmatione, nec sine hac subsistere possunt; siquidem omnia collegia civilia reliqua jus habent aliquod prohibendi & cogendi, quod omnino ex imperantibus approbatione dependet; quod secus est in cœtu christianorum externo quodam, ad religionis scopum obtainendum coeuntium.

§. 7.

§. 7.

Cœtu.] Scil. tam ex auditoribus, quam docentibus, tam ex participantibus, quam ex ministrantibus sacramenta, aliaque negotia sacra. Neque aliud deducitur ex 1 Corinth. XIV. 23. & 24. ubi ecclesiæ non opponitur laicus, sed idiota & infidelis, Unwissende und Ungläubige. Adeoque ecclesia nihilominus denotat totum cœtum, die Gemeinde.

Imperio.] Et tantum exhortandi, monendi & docendi facultatem habere, atque inspectiōnem, quo omnia secundum ordinem necessarium in cœtu christianorum fiant. Omnis vis externa autem denegatur docentibus & præpositis, deren Vorstehern; alias oriretur societas inæqualis ac respublika. Quod si vero quædam coactio adhibenda, ea in ecclesia prima penes totam ecclesiam erat, nec huic aliter competiit, quam pro modo conventionis & necessitatibus ad finem ecclesiæ obtainendum, secundum quam conventionem quis in ecclesiam recipiebatur inter fratres, qui conventione determinatus ordo, secundum quem receptio siebat, confederata disciplina audavit. Nec obstat itaque, quod nonnulli pro stabiliendo imperio in ecclesia proferunt, quasi nulla societas sine directione, indeque sine imperio subsistere posset. Evidēti societas omnis quidem directionem continet negotiorum, quæ objectum societatis constituant, sed falso inde infertur statim directio personarum societatem compo-

componentium. Quin si aliquando directio negotiorum societatis per consequentiam ipsas personas concernat, directio tamen ista falso statim judicatur jussus & imperium, sed conventione mutua determinanda sunt etiam a sociis agenda ad finem communem obtinendum. Ac si dissensus sit, ea in re obtinebit vulgare, quod in pari causa & re communi melior sit ratio prohibentis innovationem. Et sic, uti aliae societates, ecclesiastica quoque sine imperio subsistere potest.

Dependere.] Per se enim nullum ecclesiæ membrum præcipui juris quid habet præ ceteris, sed ordinis causa opus fuit, ut ad quosdam actus expediendos ordo conventione determinaretur, simulque certi actus certis personis demandarentur, nec non inspectio, quo ordo iste rite servetur. Unde quoque est, quod in casu necessitatis ejusmodi actus adhuc a quovis ecclesiæ membro expediri queant.

Clericorum.] Vulgo der Wehr- Nehr- und Lehr- Stand. Evidem divisio hæc ordinum supponit status & respectus politicos, adeoque prærogativam jurium, quæ tamen ex antecedentibus neganda. Quin hoc modo princeps cum clero solus posset peragere negotia ecclesiastica, quæ tamen per se ad singula ecclesiæ membra pertinent. Imo hoc modo magistratus in ecclesia constitueretur, simulque respubl. nasceretur, quod in superioribus remotum. Interea id admittere possumus in compendiis & systematibus theolo-

theologicis, ut ista christianorum officia specialia explicantia differant quoque de officiis christianorum vel subditorum, vel magistratum, vel conjugum, vel parentum, vel liberorum, vel auditorum, vel docentium.

De ecclesia.] Frustra nonnulli disputatione, an forma ecclesiae sit aristocratica, democratica, vel monarchica. Omnes quippe hi termini rem publicam respicientes non sunt praedicabiles de ecclesia, per notas praeced.

§. 8.

Conventione.] Cum enim hoc casu ecclesia a republ. derelinquatur, & ab ea non dirigatur, atque sine ordine ceterus suos externos celebrare nequeat, ex necessitate ipsa determinare debet ordinem. Cum vero in ecclesia tanquam societate æquali omnium membrorum jura sint æqualia, (vid. §. 5.) hinc modus determinandi ordinem nullus alius locum invenit, quam conventionio. Hac itaque tum instituta ecclesiae determinanda sunt, tum quoque determinandum est, quis ad hanc societatem, & quo pacto recipi & iterum excludi debeat, nisi satisfaciat conditionibus, sub quibus receptus est.

Pactis publ.] e. g. in pace Westphalica protestantibus in palatinatu proprius magistratus ecclesiasticus concessus est, uti hoc etiam factum in pace Vratislavensi,

§. 10.

§. 10.

Approbata.] Nam jurisdictio & legislatoria potestas est pars jurium majestaticorum. Haec vero collegia non habent, cum sint subdita reipubl. & societates aequales, adeoque idem de ecclesia dicendum, quæ publicum facta est collegium per approbationem superioris. Cessat quoque approbante ecclesiam republ. status extraordinarius & necessitatis, de quo ad §. 8. dictum; indeque sub directione & jurisdictione imperantis constituitur, eaque in ecclesiasticis, uti in negotiis aliorum collegiorum, huic competit.

§. 11.

Suo jure.] De quo vid. dicenda §. 13.

Mediate.] In arbitrio enim prudentis imperantis est, an jurisdictionem ecclesiasticae ipse velit immediate exercere, an potius demandare quibusdam ministris, & etiam ordinario magistrati, an vero separatum instituere magistratum ad causas ecclesiasticas.

Determinare.] Quæ determinatio tamen non est proprie dicta decisio controversiae, nisi quoad effectum, quod scil. per approbationem unius doctrinæ ex controversiis hæc publice tradiri debeat, altera vero silere publice, quo publica contentio sopiaatur.

Nequeat.] Nam controversia fidei regulatiter non sunt objectum legum, per §. 5. & dicenda §. 12; atque dissensus magis tollendi sunt per

per rationum fortitudinem, suasionibus ac amica disputatione, quam lege. Imo reipubl. salus regulariter non nititur decisione controversiarum fidei, quippe illa subsistere potest, et si subditi diversas foveant sententias etiam de rebus divinis. Attamen si gliscentibus erroribus tumultus & turbæ in republ. metuendæ sint ex nimio zelo ac odio in dissentientes, factionesque orientur motus invicem excitantes, aut si doctrina quædam tranquillitati reipubl. contraria proponatur, tunc opus est, ut legibus determinetur, quæ doctrinæ publice tradi debeant, quæ vero silere debeant publice. Aliquando quoque sufficit, si imperans saltem dissentientibus præcipiat, ut in publica doctrina abstinere debeant a refutatione dissentientium, & ne maledictis invicem utantur.

§. 12.

Confessio.] Ut & eo ipso, quo altera doctrina ex controversiis per superiorem approbatur, eadem sit religio dominans.

Libertate.] Nam licet altera sententia ex controversiis non solum per peritos in disciplina ista plurimos, sed etiam per imperantem ipsum approbata sit, non tamen inde sequitur, quod aduersa sententia vere sit erronea, neque convictione vera dissentientium inde colligenda est, adeoque dissentientes cogi nequeunt, ut a sua sententia recedant; imo imperium ejusque legislationem eosque vires suas non extendere, partim

tim patet ex dictis ad §. 5., partim quoque exinde,
quod rempublicam constituentes, (quod ultimò
fit ex consensu membrorum reipubl.) nec vo-
luerint, nec potuerint conscientiam submittere
imperio.

§. 13.

In negotia eccles.] Nimirum *jus circa sacra*,
consistens in potestate ferendi leges in negotiis
ecclesiast., & exercendi jurisdictionem in eccle-
siam externam secundum moderamen in fine
huj. §phi proponendum, & secundum dicta ad
§. II., competit imperanti in republ. tanquam
pars imperii in republ. competentis, & sic vi
ejusdem pertinet ad jura majestatica, simulque in
terris statuum Imp. evangelicorum ad jura su-
perioritatis territorialis. Nam *majestas seu im-
perium civile* continet *jus dirigendi rempubli-
cam*, & sic omnes subditi, qui in ea existunt,
sive *sigillatim* sive *collective* & *confociati*, in
certa collegia considerentur: adeoque in *omnia*
collegia in republ. existentia eorum negotia, sive
sunt *secularia*, sive *ecclesiastica*, quatenus justi
respectum habent, sese extendit *imperium ci-
vile*; idque eo magis ad *collegia ecclesiastica* per-
tinet, quo magis interest reipubl., quomodo
hæc collegia se habeant, & ne per abusum corun-
dem respubl. damni quid sentiat, maxime cum
intersit reipubl., ut cives bene instituantur quo-
que quoad doctrinas sacras, saltem etenim, ne
doctrinæ tales rempubl. evertant, & quo magis
prætextu

prætextu religionis docentes turbas reipubl. creare possunt officio suo abutentes. conf. PUF- FEND. de habitu religionis ad statum civilem cum notis KRESSII.

Papali.] Scil. falsum est, quod princeps evangelicus duplicem personam, alteram principis, alteram episcopi vel papæ in republ. sustineant. Supponit enim hæc thesis falsum principium, ecclesiam esse societatem inæqualem, & rempubl. quondam sacram; atque pontificii inde facile inferunt, quod principes mala fide usurpent officium episcoporum vel papæ. Soli prælati immediati in Germ. duplicem personam gerunt, dum, præterquam quod officio ecclesiastico instructi sint, adhuc territoriali superioritate gaudeant, simulque status sint Imperii germanici.

Primaria eccles.] Quæ thesis iterum supponit falsum dogma de societate ecclesiastica inquali supra jamjam remotum.

In principes.] Quod iterum impossibile est,
quia secundum dicta ecclesia per se nullum ha-
bet imperium, legislationem & jurisdictionem,
nec itaque transferre potuit. Quin simulac in
republ. collegium ecclesiast. oritur, statim imper-
ans jam habet suo jure imperium in colle-
gium ejusmodi nascens; & impossibile est, prin-
cipium evangelicorum, maxime in Germ., impe-
rium sacrum in ecclesiis pontificias derivare ex
tali translatione vel vera vel praesumita, utpote
obnam

quod contradictorium est cum principiis fidei ecclæ pontificiæ, quæ Christocratiam istiusque vicariatum in pontifice pro articulo fidei habet, simulque omnes laicos inhabiles judicat omnis potestatis ecclesiastice tanquam spiritualis, imo reclamant translationi isti præsumitivæ contradictiones & protestationes papales contra Westphalicam pacem interpositæ. Quin hæc ipsa suspensam saltem asserit potestatem & imperium papæ & episcoporum in ecclesiæ territoriis evangelicorum principum subiectas.

Limitatur.] Officia enim imperantis quoad exercitium juris circa sacra observanda sunt partim intuitu

- 1) justi, ne scil. legislationem & jurisdictiōnem in causis sacrīs exerceat ultra finem rerum publicarum & contra religionis indolem, de quibus dictum ad §. 5. & ad §. II., nec non ad §. 12.
- 2) Officia præterea quoque imperfecta, interne tamen obligantia, ipsi observanda sunt, tum quod ipse tanquam homo obnoxius sit officiis hominis erga Deum, tum quod veram salutem reipubl. promovendam curare beat, & sic id agere, ut ubi legislatione in sacrīs causis opus est, veræ religioni maxime inserviat, quippe quæ ad salutem reipubl. omnino facit. Præterea
- 3) prudentia quoque opus est in ferendis legibus ecclesiasticis, ne temere quid immunitando

tando turbas excitet ipse in republ. alias pacata. Unde nonnunquam tolerandæ sunt minutiæ, quæ emendatione quidem indigent, commode tamen emendari nequeunt sine turbis, & consultius est, ut per doctores ecclesiæ ante omnia homines doceantur, quod muratione opus sit, antequam ea per leges suscipiantur.

§. 14.

Partim.] Maxime inter causas hujus reipubl. eccles. monendum, quod multa jura, quæ ecclesia derelicta habebat, continuata sint perpetram, postquam ecclesia sub imperatorum christianorum imperio fuit, ita ut directionem per leges & jurisdictionem affectaverit clerus, licet teste sub nomine canonum & audientiae episcopalis. Item quod ex reverentia presbyteris & episcopis debita facta fuerit necessitas & potestas imperiumque, ut ex libera facultate compromittendi in episcopos & presbyteros sub magistratis gentilibus jurisdictione tandem facta. Accessit distinctio ecclesiæ in clerum & laicos æquiparata distinctioni in fine seculi II. & seculi III. usitatæ in ordinem & plebem, ita ut tandem ordo sumeretur in sensu juridico pro magistratu. Porro clerus seu docentes presbyteri, ceterique ministri ecclesiæ se conformarunt cum sacerdotibus, levitis & synedris judæorum, eorumque jura sibi arrogavit. Unde & summi pontificis & præcipui cuiusdam sacerdotis persona demum nota est.

Coactorum.] Partim enim imperatores ignorarunt jura sua & indolem ecclesiæ, habitumque religionis ad statum civilem ex ignorantia juris nat. ac scripturæ sacræ. Partim quoque episcopi soli sibi scripture sacræ interpretationem arrogarunt; partim spiritualitatis opinione omnia episcopis relictæ sunt; partim etiam decepti sunt imperatores, quod episcopi teste imperium exercuerint, secund. not. præced., partim imperatores vim excommunicationis timuerunt, si jura sua rigide persequerentur, maxime cum multi imperatores eorumque ministri vitia sua scirent, indeque clericis indulgere deberent, ne ab his in vitia eorum excommunicatione animadverteretur.

§. 17.

Collocatur.] Commendant nimirum evitatem casaropapiae & papocasariæ, scil. ne maiestas secularis irruat in jura imperii sacerdotalis seu ecclesiastici, nec imperans sacerdos impetum faciat in jura imperii secularis. Utriusque vero imperii hos constituunt fines, quod scil. maiestas ecclesiastica se continere debeat intra negotia spiritualia, secularis vero intra negotia secularia. Verum fines hi obscuri sunt, nam semper dubium est in casibus obvenientibus, quæ negotia sint spiritualia, vel non. Quin imperans ecclesiasticus facile sub prætextu peccati vindandi quodvis ad spiritualia revocare posset, cum spiritus præstantior sit corpore. Hinc spiritualis impe-

imperans sibi quoque prærogativam præ seculari arrogat in determinatione, quæ causa sit spiritualis, siue imperii, vel non; eoque ipso sacerdotiorum semper habet materiam exercendi imperium in ipsam maiestatem secularem, simulque hæc subdita fit & maiestas esse definit. Nec melior est distinctione aliorum, quod imperium sacerdotale potestatem exerceat in interna, seculare autem in externa. Etenim partim omnia illa hucusque monita ad hanc distinctionem quoque pertinent; partim principium petit, quod interna æque ac spiritualia imperio sint obnoxia. Alio autem sensu tolerari potest viratio cæsaropapie & papocæsariae, scil. ne imperans officium & jus imperandi extendat ad doctrinalia extra causas propositas ad §. 5. II. & 13., adeoque non misceat officium imperantis cum officio doctoris, & vice versa, ne doctores ecclesiæ sibi arrogant potestatem imperandi, adeoque ne dogmata sua & exhortationem per vim externam sive directe sive indirecte inculcat.

§. 24.

Dicitur.] Sed concilium Constantiense sub Johanne XXIII., inchoatum initio seculi XV., & concilium Basiliense autoritatem concilii supra pontificem esse constituit, uti & hoc concilium tres papas sede papali movit, Johannem scil., Gregorium, & Benedictum, inque locum eorum constituit Martinum V. Postea vero concilium Florentinum, ab Eugenio indictum, & Late-

ranense a Julio congregatum thesin istam reprobarent.

§. 28.

Relicto.] Ita per reformationem nihil juris vere competentis pontifici & episcopis subtractum est. Sed tantum pristinus & primævus ecclesiæ status restitutus, adeoque imperantes recuperarunt saltem jura sua cum republ. iterum consolidata, quæ cleris papalis illis subtraxerat vi, clam, precariò.

§. 29.

Religiosam.] Quam præcessit transactio Passavienis.

Publ. legis.] Seu facta est formula doctrinæ publicâ lege Imp. approbata, ut non solum tolerari debeat, sed etiam publice possit doceri tanquam formula fidei politice orthodoxa.

§. 30.

Annumerati sunt.] Per art. 7. §. I. Instr. Pac. Westph. Et quamvis antea disputatum fuerit, an reformati comprehendantur sub addic̄tis Augustana confessioni, Augsburgische Confessions-Verwandte, & sic sub pace religiosa, siquidem in quibusdam capitibus discedant a Lutheranis, & sic a confessione Augustana? nihilominus tamen dicendum est, quod omnino sub hoc nomine comprehendantur etiam stilo publico, siquidem in I. P. W. art. 5. §. 38. dux Lignitzensis

zensis & Brigensis dicuntur addicti A. C., qui tamen tunc temporis erant reformati; & tempore exhibitae confessionis publice nondum in partes diversas iverant reformati; atque lites, quæ inter hos & Lutheranos sunt, non pertinent ad catholicos, sed in quantum cum his res est & fuit, eadem semper fuit sententia utriusque religionis evangelicæ asseclis. Verum omnis dubitatio sublata est per cit. art. P. W., atque eadem quoque inter ipsos dissentientes evangelicos stabilita est pax.

Perpetua data.] Quæ efficit tolerantiam necessariam, nonsolum gratiosam.

Sectarum.] Nimicum quoad tolerantiam necessariam atque publicam. Principi enim cui libet permisum est in suo territorio concedere ex gratia simplicem imprimis & privatam tolerantiam, sine detimento tolerantie necessariae aliâ religioni debite ex termino decretorio atque instrumento pacis. Multo magis concedere poterit tolerantiam sine potestate publice tradendi doctrinas suas. Etenim P. W. saltem determinavit tolerantiam necessariam, adeoque ita intelligenda est, ut excludantur aliae sectæ saltem a tolerantia necessaria. Præterea constat de iudaïs, quod etiam sub ipsis catholicis tolerentur, licet plane christiani non sint.

Dependentibus.] Quamvis enim libro V. docebitur, quod heresis sit crimen, & sic habeat effectus etiam extermos, id tamen locum non
audiu

habet amplius inter tres illas religiones, quæ in Germ. publice adprobatae sunt, utpote quæ ad effectus juridicos invicem pro orthodoxis haberent debent.

Ecclesiastico.] Den geistlichen Vorbehalt, quod equidem inter pontificios dicunt autonomiam. Reservatum vero hoc ecclesiasticum est clausula paci religiose quidem invitatis protestantibus adjecta, sed instrumento P. W. declarata & approbata, qua sanctum est, quod prælatus sacra mutans beneficio suo ecclesiastico privari debeat. Id tamen locum non habet, si cum prælato totum capitulum religionem migrat.

Debita est.] Ut itaque imperator, licet sit advocatus ecclesie, non tamen ad solam ecclesiam pontificiam, sed etiam evangelicam securam reddendam respicere debeat, & ad hanc quoque advocatione se extendat. Quin et si imperator in coronationis actu promittat reverentiam pontifici præstandam, atque religioni constanter se adhaerentrum, id tamen intelligendum est salvo jure ecclesiastarum evangelicarum, & salvis pactis, quibus imperatores ad securitatem harum ecclesiastarum obligantur.

§. 31. *utriusque bonorum, et in primis
notioris apud nos.*

*Exceptiones.] Etsi enim Innocentius X.
paci W. contradixerit, & protestationem inter-
posuerit, maxime quod multa beneficia ecclie-
siastica secularisarentur: his tamen contradic-
tibus*

nihil locus non est datus, sed expresse sunt re-
jectæ per Instr. P., & cautelæ gratia imperatores
in capitulationibus promittunt, quod protesta-
tiones & contradictiones ejusmodi attendere no-
lent. Conf. tract., qui inscribitur Roma irre-
concilabilis.

Et clericos.] Quicquid aliæ ecclesiae ponti-
ficiis excipiant, quod leges secularis majestatis
clerum non tangant, nisi quatenus utilitatem cleri
promoveant.

§. 32.

Ratione.] Nimicum quoad mediata, si im-
perator anno 1624. in quasi-possessione hujus
juris fuerit, & ita, ut hoc casu quoque non præ-
senter alii religioni addictum, quam cui addicctus
fuit defunctus præbendatus.

§. 34.

Habuerunt.] Hic terminus seu annus de-
cretorius, ut dicitur, tantum obtinet inter pro-
testantes & pontificios. Si vero quæstio sit inter
ipsos Protestantes, non hic annus, sed status est
reipiciendus, & exercitium religionis, quod ob-
tinuit tempore factæ pacis Westphal. Nam
art. 7. Instr. Pacis istius constitutum est, ut sacra
publica ibi, ubi de præsenti vigent, retineantur.
Sed ex natura religionis utriusque non deberet
invideri, si princeps novum cultum publicum
sine detimento alterius religionis concedat, &
multo minus necessitas emigrandi urgeri debe-
ret; idque ex recta ratione, cum indirectam

coactionem & persecutionem contineat imposita ejusmodi necessitas.

Relinquendi.] Imo princeps quoque gratiosam tolerantiam concedere potest tam publici quam privati exercitii religioni cuidam, quæ in termino decretorio plane non obtinuit, per dicta ad §. 30. Attamen gratijs ejusmodi tolerantia non debet prejudicium inferre tolerantiae necessarie, quæ alteri religioni debetur ex statu decretorii anni. Hinc

- 1) pontificis concedi potest privatus & publicus cultus, sed non cum processionibus publicis & publicâ deportatione venerabilis, utpote quod turbis causam dat. Catholicus autem princeps protestantibus concedere potest tam publicum quam privatum cultum, siquidem ille non æque incommodus sit pontificis subditis, uti processiones publicæ & publica venerabilis deportatio evangelicis incommodæ fiunt. Quod si vero princeps sit catholicus, potest privatum exercitium religionis introducere in capella aulica, non vero publicum, plenum, universale, in detrimentum parochiarum.
- 2) Princeps non potest concedere exercitium religionis, si per pacta cum ordinibus provinciæ se ita obstrinxerit.
- 3) Denique simultaneum non est introducendum in ecclesiis, quæ uni religioni in anno decretorio propriæ fuerunt, aut hucusque eidem

eidem fuerunt propriæ. Aliud est, si principis prorsus de novo funder ex sua largitione novam ecclesiam, imprimis in pagis aut urbibus a se de novo conditis; siquidem hoc casu penes principem est dicere modum, quem velit esse beneficij sui; neque hoc modo laeditur jus aliquod perfectum alterius religionis. conf. THOMAS. tr. Vom Recht eines evangelischen Fürsten in Kirchen-Sachsen. Dni. AUT. diss. de potestate civili in templo, & CARRACHII filii diss. de jure condendi capellas.

K. P. G. C. P. R.

Die heilige Schrift, die Augspurgische Confession, und die Kirchen-Ordnungen de 1540. & 1572. enthalten die Gründe der protestantischen Religion in biesigen Landen. Wegen der Religious-Freyheit ist zu merken das Edict vom 25. Febr. 1744., wie es nehmlich wegen der Refugirten gehalten, und wer unter solchem Nahmen verstanden werden sollte, auch siele das Rescript de 10. Jul. 1743. Keine mit atheistischen Principiis angefüllte Bücher sollen bey Vermeidung Karre-Strafe verkauft, oder gedruckt werden, nach dem Rescript vom 31. Januar. 1727. und wegen Confiscation des fameusen Dippels, auch anderer dergleichen Seçten - Bücher siehe die Verordnung vom 30. November 1735. auch soll die Wertheimische Bibel weder in Königlichen Landen eingeführt, noch öffentlich verkauft, sondern ebenermassen confisckt werden, laut Verord.

Verordnung vom 15. Junii 1736. Nach dem Rescript an das Ost-Preußische Consistorium vom 6. Febr. 1775. und ehemaligen Verordn. vom 5. April 1756. ist zwar das ein und zwanzigste Jahr pro Anno Discretionis in Religions-Sachen festgesetzt, und soll vorher keine Ergreifung einer andern Religion Platz finden, immassen die Freyheit, sich zu einer Religion zu bekennen, die Reise der Beurtheilungs-Kraft voraus setzt, ein überlegter Entschluß aber sich vor Erreichung solchen Alters nicht wohl gedenken läßt. Unterm 5. November 1778. aber wie in Schlesien, also auch in Ost- und West-Preussen, ist das iagte Jahr bestimmt. Nach dem Edict vom 23. Martii 1651. soll niemand in Ost-Preussen, außerhalb der Lehre, so in der heiligen Schrift, Augspurgischer Confession, und in Corpore Doctrinae prutenico, als den Pr. Libris Symbolicis begriffen, keine andere und mehrere Glaubens- und Lebens-Lehre auf die Cannel bringen. Siehe beym GRUBEN in Corpore Conf. Pruten. n. 7. P. 1. Im übrigen ist dafelbst wegen der römisch-catholischen Kirchen unterm 30. Maii 1641. und 25. Julii 1690. verordnet, daß darinn die Priester in ihrem Gottesdienst nicht gestört werden sollen. Beym GRUBEN l. c. n. 72. §' 73.

TIT. II.

DE CONSTITUTIONIBUS.

Ad rubr.

Constit.] Sequitur nunc in tractatione nostra de ipsis legibus ecclesiasticis, seu de jure can., cuius origo & materia hic & titulis duobus sequenti-

quentibus exponitur. Dividunt scil. DD. pontificii jus canonicum

I. in scriptum, de quo hoc & seq. tit., atque subdividitur

- a) in jus divinum, consistens
- a) in lege, &
- b) evangelio; atque
- (b) in constitutionem ecclesiasticam; quæ subdivisio vitiosam continet oppositionem; nam divino opponendum fuisset jus humanum. Sed hoc noluerunt pontificii, qui constitutiones ecclesiast., licet ab hominibus proficiuntur, vendunt pro legibus instinctu Spiritus S. latis, ita ut eas æquiparent scripturæ sacræ ejusque libris canoniceis, quæ autoritas jam diu tributa constitutionibus ecclesiasticis, vid. nov. 31. Inde vitiosam formarunt divisionem, atque se occultarunt sub termino obscuro, ita ut hic constitutio longe latiore significatum habeat, & aliter sumatur, quam in jure civili. Constitutionum autem ecclesiasticarum variae item sunt species, de quibus hoc tit. maxime tractatur.

II. Et in jus can. non scriptum, de quo tit. 4.

§. 2.

Fideles.] Omnes, non soli docentes, & ministri, sed etiam auditores & participantes, ut liquido adparet ex Act. XV. Itaque hi cœtus christia-

christianorum sponte congregati ad determinanda ea, quæ in disciplina ecclesiastica determinatione indigebant, adeoque agenda, & quidem ex rationum fortitudine unanimi consensu declarabant talia. Et hæc determinata absentibus non obtrudebantur, sed sponte ab his accipiebantur. Quos cœtus quidem concilia dicere poteris cum canonistis, quæ tamen valde absimilia sunt concilii postmodum in ecclesia natis.

§. 3.

Constituebant.] Jus ecclesiast. enim duplici maxime prædicari potest sensu, scil.

- 1) a causa efficiente, ut sit jus ab ecclesia conditum de negotiis suis; quod iterum duplici venit sensu, uti ipsa ecclesia, per abusum scil. juris can., nimirum
- α) ut sit, uti ab initio fuit, jus ab omnibus fidelibus in externum cœtum congregatis unanimi consensu ordinatum circa disciplinam ecclesiast. determinatione indigentem.
- β) Postea autem cœpit esse lex a clero papali majori, qui se ecclesiam dixit *natur' ἐξοχὴν*, lata de negotiis, quæ ille vult & jubet haberi pro ecclesiasticis per modum imperii obtrusa reliquis clericis & auditoribus.
- 2) Deinde, quod inter Protestantes quoque obtinet, a solo objecto jus ecclesiast. dictum, idque est lex a majestate in republ.

republ. lata de negotiis ecclesiasticis, ita
tamen, ut ex papatus felicium quaedam
negotia huc referantur, quae talia vere
non sunt.

§. 6.

Exercenda.] Itaque haec concilia peccant
contra monita tit. t. §. 11. 12. 13. Et frustra ho-
rum conciliorum defensores provocant ad conci-
lium Hierosolymitanum; de quo Autor §. 15.,
siquidem dissimilitudinem statim deprehendes, si
cum citato textu conferas, quae hoc §. propo-
nuntur de indeole conciliorum sub imperatoribus
christianis celebratorum. Quin addere Lutheri
libellum de conciliis.

Symbola.] Adeoque symbola quoque sunt
inter constitutiones ecclesiasticas. Præcipue vero
hoc, quod dicitur 1) apostolicum, 2) Nicæ-
num, 3) Athanasianum.

§. 7.

Orbe.] Quod an factum sit unquam, & sic
an verum detur oecumenicum concilium, dubi-
tant nonnulli. Forsan ita defendi possent con-
cilia oecumenica, ut intelligamus universum or-
bem romanum, i. e. quatenus orbis terrarum
imperio romano fuit subiectus, utpote sub quo,
eiusque latissimo ambitu ecclesia christiana anti-
quis temporibus substituit, & quod imperatores
romani initio soli Christo nomen dederint. Conf.
& not. sequentem.

Impe.

Imperatorum.] Nam jus indicendi concilium hoc respectu considerandum, ut doctores ecclesiæ per modum imperii convocentur & necessarij coeant, dependet ex jure majestatico, a quo dependet jus decidendi controversias theologicas, secund. dicta ad tit. præced. Igitur suum clerum quilibet imperans convocare potest, extraneos autem seu alios reipubl. clericos saltem invitare, non vocare per modum imperii. Et exinde secundum dicta not. præced. imperatores prima indixerunt concilia œcumениca. Postquam autem omnis potestas in factis, & sic quoque potestas condendi leges ecclesiast. per pontificem & episcopos extorta est imperatori & principibus, illi quoque soli, simulque papa sibi universalia indicendi concilia jus arrogarunt, quod protestantes ex rationibus deductis negant.

§. 9.

Suppressa.] Quia per concilia provincialia, ut & nationalia pontificis imperio absoluto aliquando obex ponebatur, adeoque papa ea ægre tulit, licet episcopi in his quoque conciliis non adeo pontifici restiterint propter libertatem totius ecclesiæ, & sic principum secularium potestatem in ecclesiam, quam potius propter libertatem ipsorum episcoporum a dominatu pontificis absoluto.

Dioceſeos.] Quousque hæc statuta non sunt contraria canonibus conciliorum universalium, & epistolis decretalibus pontificum, neque statuto concilio

concilii cuiusdam particularis universales leges ecclesiasticas efficiunt, nisi pontificis approbatio accedat, uti sentiunt pontifices.

§. II.

Magna.] Addunt pontificii multi inter jus can. scriptum, & species constitutionum ecclesiasticarum etiam dicta sanctorum patrum. Sed quia haec saepe contraria sunt papatui, hinc non indiscretæ, sed eatenus saltem pro constitutionibus ecclesiasticis ea agnoscere volunt, quatenus in decretum Gratiani relata, & hoc legis autoritatem habet, seu quatenus epistola paparum ad ea provocant. Protestantes autoritatem legis non concedimus sanctorum scriptis, quæ potius ex sana interpretatione Scripturæ S. dijudicanda sunt; quod thema latius tractat DALÆUS de usu patrum.

Responderunt.] Non per modum interpretationis authenticae vim legalem habentis; multo minus, ut epistolis his jus novum introducetur & legem novam sancirent episcopi romani. Nam omnis hierarchia & monarchia, atque omnes partes imperii episcopi romani in ceteros episcopos reprobatae sunt in can. 28. concilii Chalcedonensis, adeoque tantum ex opinione autoritatis sponte in causis controversiis alii consuluerunt episcopum romanum, qui per modum consilii respondit, quid in controversia statuendum puter. Unde nomen quoque est epistoliarum decretalium;

C

Mille

Mille annos.] Nam seculo XII, denum Gregorius VII. dictatus quosdam publicans seu canones aperte professus est, omnem potestatem legislatoriam in ecclesiasticis esse penes pontificem rom. solum.

§. 12.

Canonicis regulis.] Sub præjudicio, quasi canonice regulæ essent divinæ, imperatorum autem leges humanæ, donec tandem in ecclesiasticis omnem legislationem denegarunt pontifices majestati seculari, maxime in tempore Gregoriu VII.

§. 13.

Cepit.] Præsertim quia canonibus conciliorum usi sunt in conciliis sequioribus ad decidendas controversias fidei, & quia haeretici per concilia condemnati itidem celebrarunt concilia, quinque iis symbola & canones confeuerunt, atque anathemata in dissentientes pronunciarunt. Ut initaque ab his se distinguerent orthodoxi, curarunt, ut canones & symbola in conciliis suis accepta in unum corpus colligerentur.

§. 15.

Zosimo.] Seculi V. episcopo romano. Quod factum, ut concilii Sardinensis particularis canones venderentur pro canonibus universalis concilii Nicæni ecumenici, quo stabiliretur potestas episcopis romanis in reliquo.

§. 19.

§. 19.

Ferrandus.] Diaconus Carthaginensis.

Canonum.] Notanda quoque Cresconii, Cre-
sionii, vel Crisonii, episcopi Afri Seculi VII. col-
lectio, cuius pars prior dicitur breviarium ca-
nonum, posterior concordia canonum.

Collectionem canonum.] Ex codice ecclesiae
orientalis, & ex nonnullis synodis occidentalibus
Hispanicis desumram.

Scholaisticus.] Presbyter Antiochiæ & apo-
crysiarius.

Nomocanone.] Ita ut canones non secundum
ordinem temporum, sed materiarum contextue-
rit quoque in collectione canonum, distributâ
in 50. titulos. Huc quoque pertinet novus co-
dex ecclesiae orientalis, qui seculo VII. confectus
est in synodo universali Constantinopolitana
quinisexta, ita dicta, quod celebrata ad supple-
endum concilium Constantinopolitanum quintum &
sextum, seu in concilii intrullo, i. e. in secretaria
palatii imperialis Constantinopolitani, ædificata
in formam testudinis concamerata; qui codex
canones ecclesiae universæ non solum continet,
sed ceteros canones conciliorum universalium, &
dicta sanctorum patrum adjecit, in quem codicem
commentatus est THEODOR. BALSAMON.

§. 20.

Dionysii.] Cognomine exigui, abbatis ro-
mani.

Acceptissima.] Nam pseudo - Isidorus ille
epistolas decretales a Clemente usque ad Syri-
cium

cium finxit, quo stabiliretur hierarchia episcoporum romanorum in ceteros, & jus recipiendi appellations ab omnibus episcopis ex universo orbe, idque antiquitus competuisse crederetur. Fraus tamen detecta est per Blondellum, vel ab Autore citato, maxime exinde, quod epistolæ illæ fictitiae nec tempori nec stilo ipsorum episcoporum convenient.

§. 22.

Concinnavit.] Ita ut jus in canonibus dispersim contentum comprehenderet per regulas generales breves, quæ regulæ ab eo Burchardicæ dictæ sunt, seu Burchardica, scil. axiomata. Unde postea invaluit, ut regulæ juris generatim nomine Burchardicorum seu brocardicorum venerint.

§. 24.

Romani.] Seculo XVI. sub Gregorio pontifice XIII. decretum hoc correctum est, quæ correctiones singulariter in decreto Gratiani notatae sunt syllabis. Cor. Rom. Obveniunt præterea in hoc decreto notandæ quædam partes, quæ notatae sunt voce *Palla*; de cuius vocis significatu post varias fabulas *LYNKIUS* in procemio commentarii ad decretales recte conjectit, quod sit nomen proprium ICII, qui proprius usus causa in margine exemplaris sui notas quædam composuerit, quæ postea ipsi textui insertæ sunt, sed notatae dicta voce; quod inde probabile

bile est, quia in vetustis quibusdam manuscriptis
hæ partes deficiunt.

Ipsò usū.] Gratianus scil. privata autoritate
collegit decretum, nec unquam hæc collectio
a papa quodam explicitè approbata est, nec pon-
tificii indistincte ipsi tribuunt vim authenticam,
quippe quibus multa in hoc decreto non arri-
dent. At tacite approbatum est a pontificibus,
tum quia permiserunt, ut in academiis publice
traderetur, imo doctores decreti constituerunt;
tum quia in epistolis decretalibus sæpiissime ad
decretum provocant, tum denique, quia per-
miserunt, ut decretalibus publice promulgatis
præmitteretur, ut constitueret priorem corporis
juris can. partem.

§. 25.

Antiqua.] Scil. 1) a Bernhardo Ciria, 2) Jo-
hanne Gallensi, 3) Petro Beneventano, 4) Ano-
nymo quodam, & 5) a Dancredo Bononiensi
compositæ.

§. 26.

Constituunt.] Præter Corpus juris can. ad-
huc inter constitutiones ecclesiasticas Pontificii
nominant

- 1) concilium Tridentinum, de quo vid.
PAUL. SARPUM in Hist. concilii Triden-
tini, quæ ex Italica in latinam linguam trans-
lata ab ADAMO NEUTHONO, SCOTO.

C 3

Inter

- Inter protestantes vero notandum CHE-
MNITII examen concilii Tridentini, &
L'ENFANT Histoire du concile de Trente.
- 2) Bullarium magnum romanum, quod est
series omnium bullarum pontificalium seu
constitutionum pontificalium, ad ordinem
pontificum disposita.
- 3) Regulae adduntur cancellariae papalis, i. e.
constitutiones pontificiae in causis beneficia-
libus, quas Johannes XXII. cœpit, successo-
res vero auxerunt, quæ cum morte papæ
quidem exspirant, sed a successore revo-
cantur.
- 4) Declarationes cardinalium a sancta congre-
gatione interpretum concilii Tridentini, que
congregatio a Pio IV. instituta est, & de-
clarationes suas dare debet consulo pon-
tifice.
- 5) Rituale Romanum, quod agit de ritibus
circa cultum divinum externum obser-
vandis.
- 6) Decisiones rotæ romanæ, i. e. judicij sum-
mi papalis in causis iustitiæ, dicti a mensa
rotunda, cui assident assessores judicij.

§. 26.

Obtinuit.] Nam simulaç Germania ad christia-
nismum conversa est, papæ autoritas & jus can.
in Germ. obtinuit, quippe jamjam Clodovæi
Magni tempore statim obtinuit Codex canonum
ecclesiæ universæ. Maxime autem seculo VIII.

Grego-

Gregorius III. Bonifacio episcopo, Germaniae ad fidem christianam convertendæ causa misso, præstio fidelitatis juramento dedit librum decretorum & institutionum ecclesiasticarum, ut clerici & laici secundum hunc instituerentur. Eodem seculo Hadrianus Papa Carolo M. codicem canorum ecclesiasticorum romanorum misit, cui variae epistole paparum insertæ. Seculo XI. Burchardus Wormatiensis episcopus per librum, quem inscripsit Burchardum, promovit autoritatem juris can., quibus accesserunt eodem seculo Gregorii VII. dictatus, quibus ipsi imperatores epistolis decretalibus pontificum subjiciuntur. Seculo XIII. Gregorius IX. decretales in scholis & foris universim obtinere jussit. Et in interregno Joh. Semeca, praepositus Halberstadiensis, vir magnæ autoritatis, decretum Gratiani commen-tationibus illustravit. Post interregnum in comitiis Würtzburgensibus sub Rudolpho I. anno 1287. Corpus juris can. expresse est approbatum, ejusque autoritas quoque adparet ex Speculo Suevico, & tandem per Ord. jud. Imp. Cam. id confirmatum est sub voce gemeine Rechte, & per Ord. Jud. Aul. jussum, ut corpus hoc semper præsto sit in mensa.

Authoritate.] Luthero enim cremanti Corpus juris can. se opposuerunt ICti, ab initio Wittebergenses, deinde & ceteri, maxime HIERONYMUS SCHURFIUS, & HENNING a GOEDEN, putantes, rem suam agi, & Lutherum finium regundorum postularunt, maxime

C 4

quod

quod magnæ partis reddituum jacturam metuerint, si jus can. ejiceretur, forsan etiam ex errore bona fide commisso, quasi reformatio solum religionem tangeret, non vero statum politicum, ut hic reformatione non indigeat, uti & æquitatis obtentu' jus can. præ civili commendarunt. Inde etiam in foris protestantium secularium illud retentum est.

§. 27.

Nicolaum V.] Cum enim papæ jura collatorum beneficiorum ecclesiasticorum turbarent per provisiones, commendationes, & reservations, & jus annatarum nimium extenderent, tandem in Germ. huic abusui obviā irum est per pacta inter imperatorem Frid. III. & legatum pontificis anno 1447. inita, & a papa Nicolao I. confirmata, vulgo das Concordat. Paeti hujus summa est

- 1) quod pontifici concessa esse debeat potestas conferendi beneficia in curia vacanta, & alia quædam speciatim nominata.
- 2) Ceterum vero ordinariis collatoribus, iisque, qui eligendi jus habent, intactum esse debeat jus suum.
- 3) Quod canoniciatum collatio inter capitulum & pontificem distributa esse debeat pro diversitate mensium, in quibus beneficium vacans sit.

A) Prae-

4) Præterea assignantur papæ ex quibusdam
beneficiis annatae. Sed in terris ac bene-
ficiis Protestantium nec ista jura papæ sunt
reliqua.

§. 28.

Hierarchicas.] In quibus maxime consistit
papatus politicus, de quo in jurisprudentia ICtū
conquesti sunt. Hic enim est

- 1) crassior, consistens in absoluto dominatu
unius sacerdotis in conscientias, & conse-
quenter in bona ceterorum christianorum.
- 2) Subtilior consistit in dominatu seu imperio
sacerdotum eminentiorum in conscientias &
res christianorum reliquorum.
- 3) Subtilissimus autem consistit in imperio cu-
jusvis clerici in conscientias auditorum suo-
rum affectato, sive directe, sive indirecte,
quod facile fit per papacæsariam, de qua
dictum ad tit. præc. ad §. 17.

Nec ne.] Cessante enim ratione legis & prin-
cipio ejusdem cessat ipsa lex tanquam principia-
tum. Atque licet religio statum reipubl. non
tollat & mutet in totum, alterat tamen eam suo
modo. Unde alia apta sunt reipubl. gentili,
ineptissima in republ. christiana; & pari modo,
quaæ convenient statui reipubl., in qua religio
pontificia dominatur, parum apta sunt statui, in
quo religio evangelica dominatur.

TIT

C 5

Agita-

42 LIB. I. TIT. II. DE CONSTITUTIONEUS.

Agitatur.] Vix enim in ulla causa datur observantia communis & universalis per omnia judicia; adeoque semper respiciendum est in quæstione de observantia & praxi, an probari possit observantia constans ejusdem judicij, in quo causa ventilatur, de cuius observantia quæstio est.

In subsidium.] Nimirum si causa nec naturali jure determinata sit, nec alijs legibus positivis in singulis territoriis evangelicis, casus tamen determinatione indiget; tunc in subsidium ad jus can. recurrentum est; aut probandum, jus can. suppressisse jura positiva reliqua.

K. P. G. C. P. R.

Nur Penal-Edicte, und was Kirchen-Sachen betrifft, sollen von den Canzeln abgelesen werden. Verordn. v. 22. Febr. 1724. in Ost-Preussen von 28. December 1711. Auch müssen die Prediger die von den Canzeln zu publicirende Kirchen- und Schul-Sachen betreffende, benebst andern, Verordnungen denen Kirchen-Patronen vorher communiciren, und die von diesen ihnen zugesandte Edicte ohnweigerlich abkündigen. Siehe Rescript v. 1. Maii 1743. und 3. Martii 1767. Mehrers ad Lib. h. Tit. 24. n. 8.

TIT.

TIT. III.
DE RESCRIPTIS.

ad §. I.

Utroque casu.] Rescripta sunt constitutiones emanantes ad solius precipitam instantiam.

Promovetur.] Ex intentione quidem rescriptentis, non tamen semper actu, sed saepè turbant processum, vel saltem inania sunt, tum quia generaliter concipiuntur formulâ, dem Suppli- canten schleunige und gleiche Justiz wiederfahren zu lassen; quod judex semper prætendit facere; tum quod, si speciatim quid faciendum præcipiant, altera pars, se non auditam esse, con queratur, tum quod autoritatem & jurisdictionem magistratus inferioris admodum convellar, utpote quæ deminuitur; si cuilibet subdito præterire liceat magistratum ordinarium sine gravi causa, & obstrepere ipsi superiori. Multo minus rescripta gratiæ admittit processus, quia lis non ex gratia, sed ex potiori jure dirimenda est. Quidam ergo casus saltem ita comparati sunt, ut lite pendente rescripta vel gratiæ vel justitiæ locum habeant & utilitatem; de quibus dictum in diff. GASSERI de usu & abuso supplicationum & rescriptorum lite pendente.

§. 2.

Promulgata.] Si nimurū jūs dubium de cernant in thesi. Tunc hæc decisiva rescripta post promulgationem legitime factam habent vim

vim obligandi universalem in omnes subditos; quæ vis deficit sine promulgatione, utpote quæ ad essentiam legis pertinet.

§. 3.

Unde.] Sed quia rescripta ad solius supplicantis preces conceduntur alterâ parte non auditæ, nec tamen rescribens præsumendus est, quod aut jus quæsitum alteri auferre, aut inauditum aliquem condemnare voluerit, sed potius supposuerit, rem non aliter esse comparatam, quam supplicans narraverat.

Judex.] Inferior quilibet, coram quo impetrans rescriptum de executione ejus agit. Si quidem is non quidem de potestate & jure rescribendi, sed secundum ipsam intentionem rescribentiis de eo saltem judicat, an preces veritate mirantur. Siquidem alias rescribens noluit, ut rescriptum executioni detur.

In dubio.] Nonnunquam enim circumstantiae illæ prorsus irrelevantes sunt, quæ pro exceptione obreptionis deducenda proponuntur. Quodsi ergo de relevantia vel irrelevantia harum circumstantiarum dubitet judex, omnino rescribentem ipsum consulere deberet. Imo exceptionem sub- & obreptionis opponens rescripto consulte agit, si simul eandem judici exponat juncta appellatione contra rescripti executionem, & quoque ipsi rescribenti eandem exponat, petit rescripti cassatione.

§. 4.

§. 4.

Exceptionum.] Quas allegans probare debet, quatenus in facto consistunt, quod ab adversario in dubium vocatur. Atqui allegans exceptionem sub- & obreptionis fundat se in facto, scil. vel mendacii commissi, vel existentiae circumstantiarum, quas supplicans reticuit, ergo illud probare debet. Idque illud est, quod Author dicit, præsumptionem militare pro veritate precum. Sub- & obreptio autem intelligi potest ex causis, ad quas rescriptum est concessum, quæ aut explicite rescripto inferenda; aut implicite, ita scil., ut rescripto jungatur exemplum libellorum supplicium, quibus rescriptum est impetratum.

§. 5.

Ipsius rescripti.] i. e. ab exceptione sub- & obreptionis differt exceptio falsitatis rescripti. In illa enim non præcise negatur existentia rescripti, sed tantum veritas precum, ad quas rescriptum emanavit. Hæc vero, scil. exceptio falsitatis, negat existentiam veri rescripti, adeoque dicit, id, quod pro rescripto venditatur, a superiori non emanasse, sed suppositum esse ab alio, adeoque falsi crimen esse commissum.

Præsumitur.] Falsitas quidem ordinarie non præsumitur, sed probanda est ab allegante. Attamen loco probationis esse possunt singulares circumstantiae falsi probabilitatem seu præsumptionem efficientes, quales hoc Spho referuntur.

Ex

Ex bullâ.] Seu sigillo plumbeo dependente ex quibusdam rescriptis papalibus. Imo ex sigillo cetera quoque rescripta imperantium, aliorumque instrumenta, eorumque fides & veritas dijudicari debent. Notandum hac occasione, quod alio sensu bullâ papalis dicatur rescriptum in causis majoris momenti a papa emanans, ut generalem legis vim habeat, expeditum in membrana, habens bullam appendentem, i. e. sigillum plumbeum signatum imaginibus apostolorum Petri & Pauli, inter quas crux erecta est, in altera autem parte nomen pontificis referens. Breve vero est scriptura brevis a papa emanans in causis modicis, aut testificandæ gratiæ ergo, expedita in charta signata, in cera rubra annulo pectorario, a secretario pontificis subscripta.

§. 7.

Casu.] Ita ut is, cuius dispensatio data quoad certum actum, non possit valide eundem actum iterum contra leges exercere, si iterum occurrat, sed nova dispensatione opus est. E. g. si papa dispensaverit, ut episcopus retentâ sua ecclesia possit adhuc aliam sibi oblatam accipere, hic non poterit tertiam quoque sibi oblatam accipere. Privilegium vero indulget seriem actuum ejusdem generis.

Differunt.] Nam cum antiquissimis temporibus papæ & episcopis facultas ferendi leges non

non competierit, inde nec proprie potuerunt dispensare. Sed dispensatio tunc nihil fuit, quam remissio de jure suo, facta ab æquali, scil. ab ecclesia, membro cuidam ecclesie indulta.

§. 8.

Stricte capienda.] Ne scil. ad exemplum trahantur. Ceterum nec stricte, nec late explicanda sunt privilegia, sed juste, i. e. ut ex genio linguae & fine imperantibus facienda sit interpretatio; æque ut in legibus.

TIT. IV.

DE CONSUETUDINE.

Communicatum.] Ita scil., ut quicquid conventum consensa, in ecclesia statim in usum deduceretur, & sic continuaretur in posteris quoque, qui ad ecclesiam accedentes usum talem ita inveniebant, cique cum reliqua disciplina ecclesiastica se accommodabant, scripturæ tam publica non interveniente, quum sub imperatoribus gentilibus ecclesia non pro publico, sed illicito, vel faltem ex gratia tolerato privato collegio haberetur, ut adeo ejus conventa nec in publicum protocollum reserri, nec legis autoritatem habere potuerint, ut postea sub imperatoribus christianis factum est cum canonibus conciliorum a tempore concilii Nicæni.

§. 5.

Societate quadam.] Verum ex uniformitate plurium actuum in certo quodam negotio a membris collegii celebratorum nondum statim colligendus est consensus in obligationem; non omnis enim voluntas statim constituit consensum in obligationem; adeoque vis consuetudinum ecclesiasticarum non tam in tacito pacto ponenda est, sed potius

1) *quod in statu ecclesiae tali, in quo omnia pacto determinanda sunt, consuetudo efficiat præsumptionem pacti expressi.*

2) *In statu vero, ubi per imperium leges ecclesiasticae conduntur, præsumptionem efficit consuetudo, id, quod hucusque uniformi modo observatum est, quondam publica lege promulgatum.*

§. 7.

Totius actus.] Vel potius ad formandam præsumptionem pacti quondam expressi communis, vel legis quondam publice promulgatae, per dicta §. 5. Nam si probari posset, aut consuetudinem quondam tantum ante breve tempus ex errore natam esse, aut actus non esse uniformes, tunc cessat ista præsumptio & obligationis fundamentum.

Confer.] Sed hoc semper obscurum est, nec unquam inde constabit, nec opus est, ut de eadem confer, sed sufficiunt dicta ad §. 5.

Taci-

Tacito.] Repete potius dicta ad §. 5. & not. præced.

Jus commune.] Consuetudines enim sua natura tribuunt efficaciam idem licenter & impune imitandi, quod alii æquales hucusque licenter & impune fecerunt; æqualium enim æquale jus est, & superior indulgentis contra jus facientis remisit autoritatem juris.

Constat.] Deinde additæ not. præced. Accedit, quod non omne, quod ratione contrarium est, statim injustum & pena dignum sit. Secus tamen est, si consuetudo directe contrarietur tranquillitatí reipubl., maxime si clanculum invaluerit, ut indulgentia superioris intervenisse dici nequeat.

Interpretem.] Unde interpretatio usualis magnam autoritatem habet apud Jureconsultos. At si interpretatio erronea sit, nec composita ad regulas interpretandi gentinas, & sic a mente legislatoris recedat, nihil est, & tantum præjudicium autoritatis constituit. Ceterum conf. THOMASII diss. de jure consuetudinis & observationis.

§. 8.

In judiciis.] Qui etiam stilus curia vocari solet. Hic vero sumitur pro genere dicendi judiciorio, a quo judices eorumque secretarii ægre recedere solent, quia plerumque antiquæ formulæ sed

D

lectæ

lecta sunt, & adæquatae negotiis, tantæ autoritatis tamen non sunt, ut sententia nulla sit ab iisdem recedens. Deinde

- 2) denotat observantiam, ipsum processum judiciarium determinantem, quo casu lex est. Et de hoc significatu valet regula: sententia contra stilum curiae lata est ipso jure nulla; siquidem talis sententia revera est contra jus in thesi. vid. pluribus STRYKII diff. de stilo curiae.

DE POSTULATIONE PRÆLATORUM.

§. I.

Vel liberi.] Hæc divisio personarum per comparationem ad jus civ. rom. quidem fieri potest, indeque desumpta est, quod jus can. velit, ne infideles tolerentur, nisi sub gravissimo servitutis & infamiae jugo, atque quod prædicata nonnulla ab Autore proposita in jure can. inveniantur de hæreticis & laicis; attamen non opus est comparatione tali statuum & personarum juris civ. rom. cum jure ecclesiastico, quæ perfecta non est, & facile ultra suum tertium extenditur, imo sumuntur termini alio prorsus sensu, quam jure rom. sui & alieni juris homines sumuntur. Taceo, quod alieni juris homines deteriores habentur, quam servi; idemque de peregrinis dicendum.

cendum. Respiciendum potius ad mentem juris can. ejusque principia. Scil. persona ecclesiastica est homo cum statu ecclesiastico consideratus, adeoque quodlibet ecclesiae membrum. Quemadmodum autem tit. I. deductum est, quod pontificii dicant, ecclesiam dupli sensu sumi, ita & persona ecclesiastica dupli sensu illis venit.

- 1) Late seu improprie, uti dicunt, persona ecclesiastica est quodlibet membrum externi cœtus christianorum pontificiorum; quibus opponuntur tum infideles, tum haeretici & schismatici. Personæ vero istæ ecclesiasticæ sunt
 - α) clerici, vel
 - β) laici.
- 2) Stricte autem & proprie, uti dicunt, personæ ecclesiasticæ tantum sunt ad docendum vel ministrandum in ecclesia christiana, simulque ad imperandum in cœtum christianorum pontificiorum reliquum destinati, qui clerici dicuntur. Adeoque his personis ecclesiasticis opponuntur laici, qui hoc sensu statu ecclesiastico carent. Clerici hi sensim, maxime introducto missæ sacrificio & docentibus ministris inter christianos, comparantibus se cum sacerdotibus ac levitis judaicis, pompaque in ecclesiam introducēta in diversas abierunt classes. Scil. sunt

- A) seculares, qui iterum vel
- a) in sacerdotio constituti, & quidem aut;
 - α) altioris gradus, nimirum
 - 1) episcopi,
 - 2) archidiaconi,
 - 3) archipresbyteri.
 - B) inferioris gradus, utpote presby-
teri. Vel
 - b) in sacris constituti, qui nimirum sa-
crificium missæ expedire nequeunt,
ad id tamen concurrunt & submi-
nistrant, vel
 - 1) proxime, qui diaconi, vel
 2) remote, qui subdiaconi sunt.
 - c) Vel sunt nec in sacerdotio, nec in sa-
cenis, scil. qui plane non concurrunt
ad sacrificium missæ, sed actus vilio-
res in ecclesia expediunt, qui
 - 1) lectores,
 2) psalmistæ,
 3) exorcistæ,
 4) acolurhi,
 5) ostiarii,
 6) sacristæ. Vel
 - B) clericu*s* religiosi, qui iterum sunt aut
 - a) monachi,
 - b) canonici, qui vel
 - α) regulares, vel
 - β) seculares.

§. 4.

§. 4.

Spiritualis.] Clerici enim se tales dici agunt, quod sint hereditas Dei, & hic illorum portio, adeoque omnia egregia prædicata in novo testamento de clero seu hereditate Dei, existentia hibi arrogant ministri ecclesiæ, qui le κατ' ἐξοχὴν clericos dixerunt, cum tamen in sacris litteris Novi Testamenti omnes fideles christiani, sive sint auditores & participantes, sive docentes & ministrantes, clerus seu fors Dei vocentur ad Coloss. I. v. 12. & 1 Pet. V. 3., Act. XXVI. 18. Nec aliud colligendum ex Act. I. 25., nam κληρὸς ibi non est prædicatum personæ, nec denotat officium ecclesiasticum, sed in genere denotat id, quod obtigit, seu functionem, quæ obtigit, ut patet ex additamento τῆς διακονείας. Etenim κληρὸς proprius

- 1) significat sortem,
 - 2) deinde per tropum id, quod sorte obtigit, & exinde præcipue
- α) portionem hereditariam, vel alias rei communis, quæ in divisione alicui obxigit per sortem.
- β) Porro etiam functionem aliquam & officium designat, quæ aliquando forte assignantur. Abusivus autem iste clericorum & clericorum significatus hanc habet originem, quod in Veteri Testam. Palestina inter tribus iudaicas per sortem divisâ Deus noluerit, ut tribui Levi

sors detur, dixeritque, quod ipse Levitarum sors seu portio esse velit. Unde iterum levitæ se Dei sortem dixerunt. Postmodum vero inter christianos omnes fideles hereditas & portio Dei quidem dicti sunt, & Deus eorundem portionem se dixit, sed seculo III. incepserunt docentes & ministri in ecclesia constituti se comparare cum sacerdotibus & levitis judaeorum, indeque se clerum Dei dixerunt.

§. 5. *Ordinibus.]* Seu sine functione quadam & officio in ecclesia peragendo, quod ratione definiuntur, & origini clericorum contrarium est.

Monachis.] Prima origo hujus tonsuræ desumpta est a præcepto Pauli, qui pro decoro temporis & loci, quo vixit, interdixit viris alere co-mam. Et licet hoc decorum sensim mutatum sit, monachi tamen perfectiorem vitam affectantes externam vitam ad regulas certas componentes comam non aluerunt, sed capita toronderunt, & quidem diversa forma, plerique tamen in formam coronæ. A monachis postea hic mos transit inter ritus ceteros ordinationis clericorum, & sic tonsura facta est accessoria ordinationi. Postmodum per tonsuram solum candidati ministerii ecclesiastici segregabantur a cetero populo, scil. illi, qui se præparandos dabant ad aliquod ministerium

rium ecclesiasticum, atque sic per tonsuram declarabatur, quod tonsi in seminarium quasi ministrorum ecclesiae se addicent & reciperentur, atque semper parati essent ad ecclesiasticum aliquod officium aliquando ipsis imponendum subeundum. Exinde tonsura ab ordinatione facta est separatus actus, ac præparatio ad illa. Quemadmodum vero ordinationi, ita etiam tonsuræ singulares tributi sunt effectus a pontificiis, vid. not. seq. Et inde tandem orta est tonsura, quam descripsit Autor.

Separatur.] Ut itaque particeps fiat tonsus jurium clericorum, & ad personas ecclesiasticas stilo juris can. proprie dictas referendus sit, licet nec officium ecclesiasticum aliquod, nec beneficium nanciscatur, quæ alio modo impetranda. Quemadmodum etiam tonsura in hoc differt ab ordinatione ipsa, quod illa non imprimit characterem indelebilem animæ, uti hæc. Unde illam nactus adhuc inire potest matrimonium, & ad statum laicorum reverti sine crimine apostasie, secus ac cum ordinato se res habet.

§. 9.

Respuunt.] Et licet hic termini usu etiam veniant inter Protestantes ad distinguendas personas, quæ in ecclesia obveniunt, eamque constituunt, longe alio tamen significatu sumuntur, scil. ut ecclesia distinguitur

D 4

I. in

I. in ministros ecclesiae, qui clericorum nomine veniunt, & ab ecclesia constituantur boni ordinis causa ad ea administranda nomine totius ecclesiae, quæ sunt jura singularium membrorum, nec tamen salvo ordine externo commode possunt expediti a singulis, atque in republ. sustinent publicum officium ecclesiasticum, adeoque confirmatione superioris indigent. Ceterum vero a spiritualitate singulari, imperio & indepedentia ab imperio seculari Protestantes alieni sunt. Clerici seu ministri ecclesiae sunt

$\alpha)$ vel primarii, scil. qui ad verbum Dei docendum & sacramenta administranda constituantur; quorum iterum

a) quidam in ceteros singularem habent directionem, singulatique præfulgent dignitate, quorundam pertinent superintendentes & inspectores.

b) vel sunt ordinarii ministri verbi divini & sacramentorum, scilicet Paritores, diaconi seu capellani.

$\beta)$ Vel alii sunt ministri ecclesiae secundarii, primarios in actibus accessoriis & vilioribus sublevantes, ad quos inter pontificios suo modo constituti sunt clerici minorum ordinum, seu nec in sacris nec in sacerdotio constituti quorundam pertinent cantores, organistæ, custodes, ostiarii.

I.

D

II. In

II. In cetera ecclesiæ membra, quæ nimirum
sunt auditores & participantes sacra menta,
non vero ad ministerium constituta, &
hæc dicuntur diaconi, qui tamen carnales
& mundani & parentes in ecclesiæ neuti-
quam dicendi sunt. Id tamen

III. ex jure can. in Germ. inter Protestantæ
relicuum est, quod etiam dentur capitulo
cathedralia, quam collegiata, Hofie und
Unterlifster, & monasteria tam masculo-
rum, quam feminarum, Klöster, quæ
tamen ex mutatione principiorum reli-
gionis multis modis differunt a pon-
tificiis.

Tribuant.] Tum propter doctoris officium,
tum propter officium publicum, quod sustinent.
Id quoque reliquum est ex jure can., quod ca-
pitula & monasteria Protestantium in territoriis
principum Imp. inter ordines provinciæ, unter
denen Land-Ständen sit, & primum inter eos
obtineant locum, vulgo der Prälaten-Stand.

§. 13.
Dictus.] Inde quoque est, quod in novo
testamento, ubi mentio fit eorum, qui ministrant
in ecclesia, aliquando referantur presbyteri &
diaconi. Evidem primus presbyter in quolibet
collegio ministrorum ecclesiæ episcopus suit
dictus, inde quod inspectionem in ceteros pres-
byteros exercere debeat per exhortationem &

D 5 amicam

amicam correctionem, ne forsan contentionē & emulatiōne ministrorum ecclesiæ schismata ori-
rentur. Hinc quoque ceteri presbyteri per ma-
ntium impositionem primo presbytero factam id
declarabant, quod sit ejusmodi episcopus.

Veritate.] Falsum enim est, quod ponti-
ficii fingunt, ac si ipse Christus omnes gradus
ordinum clericalium, & sic quoque separatum
ordinem episcoporum, & cum eo conjunctam
singularem potestatem constituisser. Sensim po-
tius factum est, quod episcopi quosdam actus
antea communes ceteris presbyteris sibi arroga-
verint solis, utope ordinationem presbyterorum,
aliorumque ecclesiæ ministrorum, baptismum,
atque alios, quorum quidam antiquitus ignorati
sensim de novo efficiuntur, postquam sacerdo-
tium Veteris Testamenti ad christianos applica-
tum fuit, atque sacrificia & consecrationes in-
troduxeruntur, in quibus episcopi cum summis
Pontificibus ecclesiæ se compararunt. Adde
quod ex directione & inspectione tandem facta
sit jurisdictione & imperium, præsertim cum sub
imperatoribus ethniciis saepe in episcopos tan-
quam arbitros compromitteretur. Unde tan-
dem quasi suo jure & sub spiritualitatis prætextu
sub imperatoribus christianis etiam sibi jurisdi-
ctionem sub nomine audiencie episcopalibus, postea
vero palam arrogarunt. De potestate autem fe-
rendi leges jam dictum est ad Tit. II. Crevit
adhuc episcoporum autoritas, quam imperatores
ipsi venerabantur, præsertim qui vitiis contami-
natum

natam agebant vitam. Accessit ignoranția poli-
tiorum in Scriptura S. & jure naturali ac poli-
tici genuina, unde nimium indulserunt episco-
pis. Tribuit quoque aliquid ad episcoporum
dignitatem celebritas loci. Initio enim in quali-
bet urbe primus presbyter fuit episcopus, postea
vero saltem primus presbyter in metropoli pro-
vincie cuiusdam hanc habuit dignitatem, vid. di-
cenda ad §. 20. Inter Protestantes res redacta
est ad primam ecclesiæ formam. Unde caremus
episcopis admodum juris can., instructis imperio
ecclesiastico, & tantum in Germania habemus su-
perintendentes & inspectores, jurisdictione ac
imperio in ministros & reliqua ecclesiæ membra
destitutos, saltem inspectione in clerum gauden-
tes, exhortanda per exhortationem & amicam cor-
rectionem. Si vero aliquid ad jurisdictionem
pertinens obveniat, referendum illud est ad con-
sistorium, nisi quod in duobus capitulis imme-
diatis Imp., scil. in Lubecensi & per vices in
Osnabrugensi episcopus quoque evangelicus con-
spiciatur, & extra Germ. in quibusdam regnis
evangelicorum episcopi usu veniunt, qui tamen
nil sunt, quam nostri superintendentes. CONF.
ZIEGLER de episcopis, Idem de superinten-
dente, LÜNIG de episcopis.

§. 20.

O.] Demonstrat.] Etenim Constantinus M.
imperium suum in quatuor tractus distribuit seu
præfecturas, quarum qualibet iterum in suas
dicte-

diceceses, & hæ rursus in certas provincias divisæ erant. Unde primus presbyter in metropoli fuit episcopus, primus autem episcopus seu episcopus in metropoli totius diceceseos plurium provinciarum, simulque plurium episcoporum ejusdem districtus est metropolitanus, seu archiepiscopus in metropoli totius præfecturæ, continentis plures diceceses cum archiepiscopo dictus fuit Primas, aliquando etiam exarchus vel patriarcha. Postremo ramen patriarchæ non men factum est prædicatum proprium illis, qui Spho 22. recensentur.

§. 23.

Erigeret.] Inicio enim tantum fuit episcopus, & sic patriarcha romanus, qui ex celebritate loci, & quod ecclesia romana ab ipsis apostolis fundata esset, primum locum obtinuit inter episcopos imperii romi, & inter patriarchas, nullo tamen imperio aut jurisdictione instructus fuit in eodem, utpote cui contrariatur canon 28. concilii Chaleedonensis. Quantum vero ad ordinem & dignitatem pertinet episcopus Constantinopolitanus ob loci eminentiam romano æquiparatus est, & secundum ab hoc obtinuit locum. Quin cum patriarcha Constantinopolitanus Iohannes Jejunator affectaret titulum episcopi cœcumici, patriarcha romanus Gregorius contradixit, idque characterem Anti-Christi nominavit, sequi ex æmulatione dixit servum servorum. Dependentia quoque episcoporum romanorum ab impe-

imperatore inde liquet, quod Bonifacius III. prædicatum episcopi œcumenici ab imperatore Phoca impetraverit, & Leo IV. Lothario I. promiserit, se servaturum leges imperatoris; imo Henricus III. tres papas profigaverit, quarumque constituerit. Sensim vero in immensum crevit autoritas patriarchæ romani, partim scil. ex rationibus expositis ad tit. 1. & 2. de hierarchia, partim ex traditis ad §. 13. de imperio episcoporum & dictis ad §. 20. de diversis episcoporum gradibus, inter quos episcopus romanus tanquam primus loco & ordine jam a Justiniano in l. 7. C. de summa Trinit. dictus est caput sacerdotum. Partim quod imperator Phocas Bonifacio III. episcopi œcumenici prædicatum contulerit in odium Cyriaci, patriarchæ Constantinopolitani, amici imperatoris Mauritii, a Phoca interficti; partim astutia Zosimi episcopi rom. canones concilii Sardinensis pro canonibus Nicænis venditantis ad stabiliendas appellations ab omnibus episcopis ad romanum; partim ex doctrina de Christocratia & unitate ecclesiæ unum caput requirente, de pontificatu Petri a Christo constituto Matth. XV. 18. & Joh. ult. v. 15., item de successione episcoporum romanorum in locum Petri, primi episcopi romani; quam potestatem supremam sibi affectatam sibi episcopus rom. facile obtinuit & ruitus est, cum ecclesia orientalis vexaretur a Saracenis, & sic resistere nequiret. In occidente vero initio Francicos reges papa sibi conciliavit. Postea vero etiam super hos extulit caput, excitatis motibus

TIT



62 LIB. I. TIT. V. DE POSTUL. PRÆLAT.

tibus intestinis inter imperatores & principes, imo missis imperatoribus & principibus ad bella sacra contra Saracenos, ut interim commodum suum potuerint promovere. Et hoc modo fractis viribus imperii secularis tandem Gregorius VII. imperatori Henrico IV. omne imperium sacrum & episcoporum investitaram extorsit. Atque licet Paschalis II. id iterum jurato cesserit imperatori Henrico V., ipse tamen, uti & Calixtus II. id iterum eidem imperatori extorsit.

§. 27.

Vocatur.] Damasus II. seculo XI. coronationem Papæ introduxit, seque primum coronam inaugurari jussit. Tandem vero Urbanus VI. seculo XIV. triplici corona, quæ tiaram seu mitram papalem circumdat, coronari voluit, quæ corona seu tiara his verbis solennibus pontifici imponitur: Accipe tiaram tribus coronis distinctam, ut scias, te esse regem regum, & dominum dominantium.

K. P. G. C. P. R.

Von der Erwählung der beyden Bischöfen zu
Sammland und Pomezian in Ost-Preussen, auch
ihrem Amt, &c. Edict von 1568. in GRUBENS
Corpo Constitut. Prutenicarum. n. 1. P. I.

TIT.

TIT. VI.

DE ELECTIONE ET ELECTI
POTESTATE.

§. 3.

Plebemque. Idque juris est ex ipsa indole ecclæsiae tanquam collegii & societatis æqualis, in quo omnium membrorum ecclæsiae interest, qualis Paster illis præficiatur, quibusque committantur negotia ecclesiastica communis nomine ecclæsiae expedienda; licet negari nequeat, quod jus hoc eligendi possit restringi aliisque cedi, tum consensu expresso vel tacito membrorum ecclæsiae, tum legibus reipubl. pro salute communis ipsiusque ecclæsiae. Quod vero attinet ad factum, omnino jus eligendi totam exercuisse ecclæsiam, adparer ex dictis Act. I. 15. & VI. 2., quibus addere *SOCRATIS Hist. Eccl. lib. I. c. 5.* Nec obstant, quæ Act. XIV. 23. & ad Titum I. 5. habentur, nam his locis sermo non est de electione ministrorum, sed tantum de curâ, ut elegantur legitime, & de manuum impositione rite electis facienda. Restricta tamen est sensim episcoporum electio in Oriente per Justinianum nov. 23. & 137., qui tantum honoratores ex clero & laicis admisit ad prædeliberandum; concilium Nicænum vero seculo VIII. solis episcopis electionem concessit in Occidente, aliquando & in quibusdam locis cleris ac populus admisus est; aliquando vero & in quibusdam locis

ille

ille non auditus, imo seculo XII. prorsus exclusus est.

Pontificis.] Quemadmodum imperator Henricus III. tres papas profligavit, & quartum constituit, nempe Clementem II. Extortâ vero episcoporum investitura imperatoribus papa quoque se subtraxit imperio & confirmationi imperatorum. Ac uti aliorum episcoporum electio cessit collegio canonicorum cathedralium, ita cum electione pontificis quoque factum, ut ab ea clerus & populus rom. excluderetur, atque Nicolaus II. seculo XI. solis cardinalibus electionem concessit. conf. c. I. D. 23., Gregorius X. vero seculo XIII. conclave cardinalium ordinavit.

§. 4

Cathedralis eccl.] In electione episcopi. Aliorum praælatorum electio est penes collegium seu capitulum, cui praælatus praeficiendus est. Nomen hoc capitulo denotat conventum canonicorum, eique inditum est a capitulo, i. e. sectione quadam regularum vitae viri cuiusdam sancti, maxime Augustini, praescriptarum, conventui ejusmodi quotidie praælegenda. Unde postea nonsolum locus seu hypocaustum, in quo canonicci conveniebant, precipue capituli regularum vitae audiendi causa, deinde etiam ad deliberandum de negotiis suis dicebatur capitulum, die Capitel-Stube, sed etiam ipse canonicorum conventus capitulum dictus est. Invaluit vero hoc in occidente seculo VIII., dum Grodoganges, episco-

episcopus Metensis clerum dissolute viventem in ordinem redigere curans initio clerum ecclesiæ suæ cathedralis in vitam communem colligeret instar monachorum sub episcopo agendam, unde sunt capitula ecclesiarum cathedralium, die Dohm-Capitel, siquidem Chrodogangi institutum alii quoque imitati sunt, uti & clerici ecclesiæ parochialis eodem modo se consociarunt sub præposito, dem Probst; imo & institutum hoc secuti sunt alii ascetae, unde sunt natæ ecclesiæ collegiatæ, Unterstifter. Episcopus vero, uti cum omnibus ejusmodi canonicis tanquam clero suæ diœcœsos unum collegium majus constituit, atque ecclesiæ regimen in causis arduis gessit, ita quoque omnes ejusmodi clerici concurrerunt ad electionem episcopi, donec tandem clerici ecclesiarum collegiatarum multarum a vita hac communi recedebant, simulque a collegio episcopi segregabantur, quod canonici ecclesiæ cathedralis continuarent vitam communem. Hinc capitulum cathedralे multa jura præcipua obtinuit præ reliquo clero, quorsum etiam pertiner electio episcoporum, confirmata imprimis quoad Germaniam per concordata rationis Germanicæ.

§. 5.

Denominantur.] Pertinet enim maxime ad ecclesiæ urbis Romæ principales, scil. 1) Joh. Lateranensis, 2) Petri, 3) Pauli, 4) Mariæ magdoris, 5) Laurentii, vulgo Loreto.

E

Confla-

Constatuſ.] Quemadmođum enim collegium ministrorum ecclesiasticorum civitatis sedis episcopalis quondam cum episcopo senatum ecclesiasticum constituit, cum quo episcopus regimini ecclesiastico in causis arduis præfuit: ita idem obtinuit in clero civitatis Romæ & episcopo romano. Facile autem factum est, ut crescente dignitate & autoritate episcopi romani cresceret quoque simul dignitas ministerii civitatenſis, senatusque ecclesiasticus episcopi romani.

Septem.] Scil. 1) episcopus Ostiensis, 2) Portuenſis, 3) Ruffiaenſis, qui duo episcopatus autem postea uniti sunt. 4) Albanenſis, 5) Sabinenſis, 6) Prænestinus seu Palæſtrinenſis, 7) Tusculanus, zu Tusculo oder Trescati.

Titulato.] i. e. quilibet clericus ad certam ecclesiam parochialem tanquam ordinarius minister constitutus dicebatur cardinalis, eique opponebatur partim clericus vacans, qui hostium vi ecclesia sua privatus erat, partim qui aliam ecclesiam habebat commendatam saltem; partim vero clericus localis seu capellanus, qui nimurum ad oratorium privatorum vel monasterium constitutus erat.

§. 6.

Per litteras.] Alias nulla est electio, nisi non-vocatus eam ratihabuerit.

Cessat.] Nam semel certa lege constitutum est, quod a morte pontificis post novendiales exequias

exequias decimo die cardinales conclave intrare debeant. Mors autem pontificis publice annuntiatur pulsatione campanæ majoris argenteæ. Non tamen excluduntur cardinales a conclavi & electione, qui post dictum tempus Romam perveniunt electione nondum peracta.

§. 7.

Procuratorem.] Non autem per epistolam suffragium ferre possunt, quia absentes audire nequeunt rationes præsentium. Sed ex eadem ratione nequidem admittendi essent absentes ad suffragium ferendum per procuratorem.

§. 8.

Impediantur.] Aliquando enim superior per rescriptum inhibet, ne ad electionem procedatur, antequam is miserit commissarium, qui electioni interficit.

§. 9.

Inspirationem.] Quidam addunt electionem per accessionem, per adorationem & per fortem. Verum accessio pertinet ad scrutinium, & est scrutinium horis matutinis celebratum, & non perfectum post meridiem repetitum, ita ut horis pomeridianis suffragia quædam accedant suffragiis matutinis, & nunc legitimum efficiant suffragiorum numerum. Adoratio autem inspirationis species habetur. Sors vero reprobata est can. 2. & 4. cauf. 63. Qu. 2., & c. ult. X. de for-

tibus. Si vero adhibeatur in subsidium, desiderante alia via emergendi, & a superstitione abstineatur, inter protestantes reprobari non debet. Nec sine ratione probabili hue quidam referunt exemplum Matthiae Act. I. Adde Dni. a LUDEW. diss. de sorte suffragatoria, vom Priester-Loofs.

Capitulatione.] Quæ est pactum inter electum & eligentes, quod plerumque hæc habet capita,

- 1) quod episcopus bona ecclesiastica velit conservare, &
- 2) statuta atque consuetudines capituli servare.
- 3) quod capitulum non velit habere pro nullo, &
- 4) inter Protestantes addi solet pactum de parte reddituum capitulo relinquenda.

§. 10.

Habetur.] Respectu scil. eligentium; nam inter hos sola plurima vota prævalent, quia id semper dubium est, quenam vota sint saniora, & plurima vota non tam ideo præferenda sunt paucioribus, quod sint saniora, sed quod propinquius accedant ad unanimia. Unde concilium Trident. sess. 25. can. 6. tantum requirit, ut vota sint legitima & persona non indigna. Quin quisitum de votis sanioribus jus can. magis in confir-

confirmantibus commodum, quam eligentibus vi-
detur constituisse, quo scil. ille sub praetextu vo-
torum seniorum in confirmatione præferre possit
candidatum, qui pauciora tulit suffragia.

§. II.

Ademta.] Si electio candidato jam publi-
cata. Alias distinguendum videtur, num eli-
gentes unanimi consensu sententiam suam mu-
tent; quod cur fieri nequeat, non adparer; Num
vero quidam tantum, qui antea pluralitatem vo-
torum effecerunt, ab electione publicata rece-
dere velint reliquis collegis invitatis, quod non
licet, ob jus ex electione peracta quæsum re-
liquis.

§. 12.

Dissentiente.] Ad compromittendum enim
plures de collegio pauciores collegas, imo nec
unicum quidem invitum cogere possunt, quia
compromissum est pactum; ad paciscendum au-
tem nemo potest cogi, cum supponat consensum
mutuum. Adde, quod in electione omnium
membrorum collegii æquale jus sit dicendi sen-
tentiam. Unde nemo cogi poterit, ut alterius
sententiam facit suam. Ergo in compromissis
unanimis membrorum collegii consensus omnino
requiritur. Si vero in plures personas unanimi
consensu compromissum sit factum, compro-
missarii illi per plurima vota electionem per-
ficiunt.

E 3

§. 13.

§. 13.

Reprobata est.] Partim ne electio hoc modo ad laicos redeat, partim ad avertendam ambitionem & feditiosam electionem, quae hoc modo facile contingere posset. Sed dubitant multi, an unquam electio ad prælaturam exstiterit quædam per inspirationem veram, ita ut virtus hoc signum non concurrerint.

§. 14.

Facta.] Ante peractam electionem candidato revelari non debet intentio eligentium sub pena nullitatis, ad præcavendum crimen ambitus. conf. c. 46. X. de elest. & electi potestate.

Consensus.] Invitus enim cogi nequit, nisi forsitan sit membrum ejusmodi ecclesiæ, cui simul res publica est addicta, adeoque res publica ad officium publicum ecclesiasticum recipiendum cogat. Sed hoc casu quoque non decet aliam adhibere coactionem, quam non violentam, scil. persuasionibus & reprehensione. Ex adverso vero putandum non est, ac si minister ecclesiæ extremam coactionem expectare debeat, & quasi indignus habeatur, nisi reluctans cogatur ad officium ecclesiasticum, quod nonnulli colligunt ex l. 31. C. de episc. & clericis. Nam hæc lex tantum rejicit ambitum ecclesiæ, eoque tendit, ut quis ex sensu difficultatis judicii magis aestimare debeat, quod fugiendum sit sacerdotium, quam se se ingerere in illud.

Intro-

Introducta.] Initio, ubi ele^tio a toto clero & populo facta, non distincti fuerunt aet^ts electio, confirmatio, ordinatio, qui demum distingui cœperunt, postquam populus & clerus ab electione exclusus est. Tunc enim initio per concilium Nicænum confirmatio concessa metropolitanis, qui adhibere debuerunt tres episcopos comprovinciales, quæ confirmatio maxime examinis loci fuit. Præterea consensu imperatoris in constitutione episcoporum opus erat, quia imperatores episcopos investiebant, i. e. solenniter tradebant & officium ecclesiasticum & beneficium pro eo concessum, & quia inspectionem ac directionem in ecclesiam publicamque doctrinam habebant, imo & propriæ fundationem plerorumque beneficiorum. Sed pontifex confirmationem episcoporum subtraxit nonsolum

- 1) metropolitanis per reservationem provisionis, commendationis, & investituram sibi vindicando, approbantibus tandem jus confirmandi Concordatis nationis Germanicæ, & per regulam 3. cancellariæ apostolice, verum etiam
- 2) imperatores a confirmatione episcoporum exclusit Gregorius VII. & Calixtus II., extorquentes iisdem investituram per annum & baculum.

§. 18.

Fidelitatis.] Contra canonem 13. concilii Cabilonensis Ildi, & c. ult. X. de regulis juris,

E 4

contra

contra quos textus pontificii frustra distinguunt inter homagium & juramentum fidelitatis. Invaluerunt autem hæc juramenta in ecclesia, maxime quod iis constringerentur revertentes ab heresi vel schismate, vel postea quoque ab imperatorum factione. Præterea Gregorius Pontifex rom. Bonifacium Germanorum apostolum ad hos convertendos sibi juramento obstrinxit. Deinde invalidit quoque, ut confirmationem impetrantes metropolitano jurare tenerentur, qua confirmarione metropolitanis & investiturâ imperatoribus erepta pontifex rom. sibi juramenta fidelitatis præstanda flagitavit, idque sub Gregorio VII. in synodo romana & sub Paschali II. in concilio romano omnibus episcopis injunctum est.

§. 21.

Defectu canon.] Quodsi tamen quis defectu canonico laborans suspicetur, fore, ut eligatur a capitulo quodam, ante electionem papam adire potest, ut concedat bullam eligibilitatis, qua papa defectum tollit, & tunc subsequens per capitulum legitime facta designatio hujus candidati ad prælaturam non amplius postulatio dicitur, sed ele^{tio}.

Dispensationis.] Adeoque hæc postulatio maximam partem introducta est ad utile Cameræ papalis promovendum per nundinationem dispensationum, & ob interesse politicum, tam papæ, quam elipientium s^epⁱissime concurrens.

§. 22.

§. 22.

Superare.] Canonistæ vulgo putant, quod generaliter ad postulationem requirantur vota duarum tertiarum partium totius capituli, vulgo zwey Drittel, quasi iniquum sit, ut sola major pars capituli cetera membra invita cogere velit ad gratiam faciendam. Verum postulatio non tam intuitu postulantum, quam potius intuitu superioris postularum admittentis est actus gratiæ. Deinde æque iniquum est, ut duæ tertiae reliquam partem capituli invitam cogere velint ad gratiam faciendam. Hinc Autor requisitum hoc de duobus tertiiis restrinxit ad casum, si duo candidati in electionem summi sint, quorum alter tantum postulabilis, alter vero eligibilis est, ut ille hunc vincere nequeat sola votorum pluralitate, sed duabus indiget tertiiis. Alii hoc requisitum explicant de necessitate admissionis a superiore facienda, de qua re ad §. 52. not. I.

§. 24.

Rejici potest.] Excipiunt casum, si duæ tertiae capituli candidatum postulaverint, & utilitas vel necessitas ecclesiæ id exigat. Verum hæc limitatio revera est frustranea; nam nunquam talis utilitas seu necessitas adparebit in statu ecclesiæ pacatae, ubi nunquam deficit aliis magis habilis. Deinde causæ utilitatis & necessitatis legibus non sunt determinatae, adeoque relictæ sunt arbitrio superioris, ex cuius gratia admissio pendet. Adde dicenda ad tit. de confirmatione.

E 5

Admis-

Admissio.] Hoc termino pontifices dissimularunt fraudem, quam canonibus faciunt. Cum enim candidatum requisitis canonicis non instructum confirmare non debeant, dicunt, quod eundem admittant.

K. P. G. C. P. R.

Verordnung, wie es wegen *Confirmation der Prediger* zu halten, wo der Landes-Herr ratione Matris & Filiae interessirt ist, vom 2ten Oktober 1673. Mehrers siehe bey Lib. III. Tit. 38. und wie es wegen Ausstellung der *Priester-Reverse* künftig zu halten, vom 6ten Junii 1667. Wegen *Ost-Preussen* siehe *Instruction der dortigen Regierung von 21en September 1773.* und *Rescript. declaratorium vom 9ten Maii 1774.* daß nehmlich von selbiger das Decretum approbatorium bey allen Dorf-Pfarr-Stellen, (die Nomination und Collation mag dem Könige, oder Privato competere,) ertheilt, jedoch darauf gesehen werden solle, daß der Neovocatus ein Landes-Kind sey, den Eyd der Treue geleistet habe, und wider seine Person kein erhebliches Bedenken obwalte. In *Ost-Preussen* soll nach dem *Patent vom 14ten December 1709.* kein Patronus in Matre, wo dem Könige die Collatur in den darzu gehörigen Filial-Kirchen zusteht, noch weniger, wo der König das Jus patronatus in Matre selbst hat, ohne vorgängigen Königl. Consens einen Candidatum vociren. Siehe beym *GRUBEN in Corp. Conf. Prut. P. I. n. 20.* Mehrers bey Lib. III. Tit. 38.

TIT.

TIT. VII.

DE TRANSLATIONE EPISCO-
PORUM.

§. 1.

Transitio.] Hæc breviter est sedis in sedem
mutatio, autoritate superioris facta justa de causa;
eaque est vel

- 1) voluntaria, quæ κατ' ἔξοχην translatio
dicitur, & consistit in spontanea transitione
a sede in aliam sedem; vel
- 2) necessaria, quæ translocatio dicitur, & est
commutatio sedis in sedem ex necessitate
imposita a superiori.

§. 2.

Facienda.] Translatio voluntaria lieuit per
tria priora secula. conf. SOCRATES Hil. eccl.
lib. 7. c. 85., & licet in se quoad regulas justi;
quamvis aliquando parum honesta sit. Restricta
vero est per concilium Nicænum & Antioche-
num II., si fiat ex avaritia, ambitione, vel ob ca-
lamitatem ecclesiæ. Unde ex consensu metro-
politanorum & per concilium Carthaginense IV.
ex aliorum episcoporum consilio fieri debebat.
conf. can. 38. caus. i. Q. i. Tandem Damosus
& Innocentius III, eam prorsus prohibuerunt ex
indissolubilitate matrimonii inter episcopum &
ecclesiam effici.

§. 7.

§. 7.

Reservata sit.] Mihi videtur invertenda esse regula; nam vinculum inter ecclesiam & ministrum ecclesiae discessione impediens saltem est ex honesto, quod tamen pro diversitate circumstantiarum temperandum est. Ita quidem discessus ministri ecclesiae quoad justum ex eodem jure aestimandum est, unde discessus aliorum ministerorum publicorum dependet. Scilicet fieri saltem debet ex praesitu superioris, cuius autoritate officium publicum desertur. Superior vero injuste negat dimissionem, nisi aliud conventum sit vel

- 1) expresse, vel
- 2) tacite, quod maxime dicendum
- α) si dimissio intempestive urgeatur, ut
pote in calamitate ecclesiae, aut
- β) si publicum unica fuit causa felicitatis
ministri, aut
- γ) si arcana reipubl. contra ejus salutem
divulgarentur per ministri discessum.
Cetera vero, quae honestatis sunt, com-
mittenda sunt soli conscientiae ministri.

§. 8.

Circumspectione.] Quod si enim minister ecclesiae delinquens & incorrigibilis saltem in penam transferatur a pinguiore beneficio ad vi- lius, quod vulgo dicunt auf eine Pœnitentz- Pfarre, plerumque simul punitur innocens ec- clesia.

clesia, ad quam talis transfertur, quæ aptiore ministro frui posset. Et sic translatio vix decernenda est, nisi

- 1) ob excessus leviores, scandalum tamen ecclesiæ præbentes, sed alibi ignotos, & ut emendatio speranda sit ministri.
- 2) Si forsitan odio sit ecclesiæ suæ.
- 3) Ob discordias cum ceteris in ministerio.
- 4) Ob vocem tenuem, imparem ædificio, in quo conciones habendæ.

§. 10.

Facta.] Ecclesia enim expensas has in propriam facit utilitatem, suaque magis, quam aliena gessit negotia, adeoque de jure stricto expensas repetere nequit, quamvis humanitas ministro contributionem suadeat, si saltem per tempus exiguum ecclesiæ inferviret.

K. P. G. C. P. R.

*Rescript. de 24. November 1756. und Circular.
de 8. Febr. 1770. daß, wenn ein Prediger bey einer Kirche, die für ihm die Examinations- und Ordinations-Kosten bezahlt, nicht zehn Jahr gestanden, er schuldig und gehalten seyn soile, bey Annahmung einer anderweitigen Vocation, obgedachte für ihn entrichtete Kosten dem Kirchen-Ärario zu ersetzen, ohne dafür eine Vergütigung von der Kirche, zu welcher er berufen wird, fordern zu können; es wäre denn, daß sie ihm bey seiner Vocation ausdrücklich*

lich versprochen worden. Ein gleiches von den Schul - Lehrern, jedoch nur auf 5. Jahr bestimmt, findet sich in der Verordn. vom 28. December 1769. (Siehe bey Lib. III. Tit. I.) In Ost-Friesland sind nach dem Rescript vom 7. September 1775. bey den Predigern nur fünf, und bey den Schul - Bedienten nur drey Jahr festgesetzt. Nach dem Circulare vom 1. October 1772. sollen in Conformität des Land - Tags - Recesses von 1653. §. 3. die Vocations - Confirmations - und Reise - Kosten von dem berufenen Prediger selbst, die Ordinations - und Transport - Kosten von den Gemeinen, oder aus den Kirchen - und Cämmerey - Mitteln, so, wie es an jedem Ort die Observantia mit sich bringt, und die Introductions - Kosten aus dem Kirchen - und Cämmerey - Vermögen, gleichfalls nach jedes Orts Observantia bezahlet werden.

TIT. VIII.

DE AUTORITATE ET USU
PALLII.

§. 2.

Contulit.] Et antiquitus nonsolum patriarcha romanus, sed etiam Constantinopolitanus imperiali pallio exornatus illud etiam aliis concessit in signum amoris & unitatis in fide. Novi enim episcopi solebant patriarchis, uti & ceteris archiepiscopis promotionem suam annunciare, & fidei confessionem edere, quod absentes faciebant per litteras, quæ dicebantur canonicae & synodi-

synodice, & tunc in signum unitatis cum iis
communicabatur pallium.

§. 4.

Exemti.] Aliquando etiam nonnullis aliis
episcopis papa lucri caussa illud concessit, v. g.
olim Halberstadiensi & Mindensi. Cum vero
archiepiscopi propterea indignarentur, utpote
quibus pallii receptio sub praetextu singularis or-
namenti persuasa fuit, papa illud solis archi-
episcopis & episcopis exemis dedit.

Usurpare.] Dicuntur enim saltem archi-
electi. Revera tamen per pallii receptionem
imminuta est archiepiscorum utilitas. Cum
enim hi ab initio non essent subiecti pontifici
romano, indeque in suis provinciis proprio jure
exercent omnia, quae palliis tribuuntur, per
pallii receptionem ipsis persuasum est, quod jura
illa tanquam vicarii pontificis exercent, ejus-
que essent subiecti, cui quoque fidelitatis jura-
menti praestatio accessit.

§. 7.

Consummatur.] Patres nonnulli, imprimis
Hieronymus & Athanasius usi sunt locationibus
de vinculo matrimonii inter episcopum & eccle-
siam, tanquam simili & comparatione, ad indi-
gitandum, quam arctus sit nexus inter episco-
pum & ecclesiam. Unde pontifices sensim fin-
ixerunt verum matrimonium spirituale fortius
carnali.

§. 8.

§. 8.

Diceretur.] Nam episcopi initio nil fuerunt, nisi primi presbyteri. Deinde ordinatio nil fuit, quam publica declaratio, quod ministro ecclesiae rite vocato functio ecclesiae demandetur, quæ declaratio per manuum impositionem & preces facta est. At postea pluribus clericorum ordinibus introductis, tributoque charactere indelebili ordinationi cepit distingui invicem 1) coronatio papæ, 2) consecratio episcoporum, 3) ordinatio stricte dicta presbyterorum, 4) benedictio abbatum, eorumque, qui in minoribus sunt ordinibus.

§. 9.

In Germ.] Qud episcopis liceat reverti ad statum laicalem, & sic ad successionem in feudiis Imperii secularibus & ad matrimonium.

Per vicarium.] Vulgo den Weyh-Bischoff.

§. 10.

Commisit.] Jure recentiore autem tam episcoporum, quam archiepiscoporum consecratio dependet ex solo mandato pontificis, postquam scil. hic sibi vindicavit jus confirmandi.

Presentibus.] Vera ratio hujus requisiti est, quod initio ordinatio non fuerit distincta ab electione, postea vero distingui cœperit, sed tamen cum confirmatione connexa fuerit. Hoc vero

ex

ex concilio Nicæno & Carthaginensi tertio fieri
debuit adhibitis tribus comprovincialibus.

§. 12.

Capitis.] Et manuum chrismate, quod
conficitur ex balsamo & oleo sancto. Tradun-
tur quoque episcopo varia instrumenta officium
episcopale designantia.

K. P. G. C. P. R.

Verordnung, wie es mit Ordination der Pre-
diger folle gehalten werden, vom 3. December
1656. und 24. October 1713. kein Candidatus Theo-
logie soll mit Mantel, und Beffchen, sondern in
seiner ordinaren Kleidung einhergehen, außer,
wenn er die Canzel besteigt. Verordn. vom 21.
August. 1737.

TIT. IX.

DE RENUNCIATIONE.

ad §. 1.

Spontanea.] Brevibus est abdicatio officii ec-
clesiastici & beneficii cum eo conjuncti. Nam
renunciatio status clericalis regulariter de jure
can. non licet, sed pro apostasia habetur. Ce-
terum renunciatio a quibusdam etiam dicitur
ejeratio beneficii. Principia de licentia renun-
ciationis jam exposita sunt ad tit. 7.

F.

§. 5.

§. 5.

Pertinet.] Causas justas versibus memoria-
libus complectuntur pontificii,

Debilis, ignarus, male conscientius, irregularis,
Quem mala plebs odit, dans scandala cedere
possit.

Inter Protestantes causæ renunciationis honestati
& conscientiæ ministri renunciantis sunt relin-
quenda, per dicta ad tit. 7.

§. 6.

Renunciat.] A tempore Cœlestini V. An-
tea enim credebatur, quod Pontifex plane non
possit renunciare, quia superiorem non habet.
Fraude autem cardinalium, quorum desiderium
erat, ut Cœlestinus ipsis parum commodus re-
nunciareret, factum est, ut huic papæ supplici
quondam facto corem Deo precibus domesticis
ex cœnaculo vicino Benedictus Cajetani cardina-
lis, quasi voce de celo veniente acclamaret:
Cœlestine, si vis salvus fieri, dimitte papatum,
res est supra vires. Unde papa deceptus car-
inalium consilio constituit, quod papa quasi
permittente voce divina libere posset renunciare;
quod ipse quoque fecit, succedente ipsi modò
dicto cardinali Cajetani sub nomine Bonifacii
VIII., qui antecessoris constitutionem approba-
vit, & hæc est origo citati c. i. h. t. in 6to.

Con-

Concordata.] Seil. si canonicus in capitulis mediatis constitutus sit a papa, vel inter Protestantes a domino territorii, quod antecessor ejus mortuus sit in mense papali, ejusmodi canonicus resignare debet in manus pontificis, & inter Protestantes in manus domini territorialis, & ab his novus constituitur canonicus. Ex adverso si resignans canonicus fuerit constitutus a capitulo, ob mensem capitularem resignatio sit in manus capitulo.

§. 7.

Nisi.] Sed Protestantes in hisce casibus remotionem ipsam decernunt potius, quam ut ministerium cogant ad renunciationem. Siquidem tanta est multorum pertinacia, ut ad renuncandum vix se cogi patiantur.

§. 8.

Non valet.] Quia revera continet nundinationi officii publici, atque libertari collationis fraudem infert, & in genere contraria est illi indoli officiorum publicorum. De jure canonica præterea obstat opinio de spiritualitate beneficiorum & officiorum ecclesiasticorum.

Admittitur.] Nam per simulationem quandom ita sit resignatio beneficii in favorem tertii, ut præbendatus cum tertio, qui dicitur resignatarius, veram venditionem inear, deinde cum superiore paciscatur, quod hic, si resignatio fiat, velit præbendam conferre resignatario, & postea

præbendatus resignat præbendam in liberas manus superioris. Inter Protestantes hæc resignatio non admittitur, nisi in præbendis canonico-rum, quia hi vix quidquam negotii habent in officio sacro, & præbendæ ferme considerantur tanquam annui redditus, Leib-Renten.

Jus resignantis.] Hinc resignarius non sustinet onus der Carentz-Jahre; pecuniam vero pro receptione statutis definitam, die Statuten-Gelder, solvere tenetur.

§. IO.

Laicus.] Inter Protestantes ignorantur clerici in genere sine officio ecclesiæ, & character indelebilis negatur. Unde renunciatio ordinis clericalis injusta non est, conf. THOMAS. diss. de desertione ordinis ecclesiast. LYNCK. diss. de apostasia studiorum.

TIT. X.

DE SUPPLENDIA NEGLIGENTIA PRÆLATORUM.

§. I.

Prospicit.] Nam interest ecclesiæ, ne nimis diu vacet, ac pastore careat. Cavendum quoque est, ne fraudulose prorogerur sedis vacantia ad fructus beneficij vacantis lucrandos.

§. 2.

§. 2.

Fusum.] Inter Protestantes aliquando suspenditur electio rescripto principis, qui commissarium mittit ad electionem prælati dirigendam, ne quid contra interesse principis suscipiatur.

§. 3.

In eligendo.] Prælato.

Conferendo.] Canonicatu.

Admissa.] Deficit enim superior, ad quem devolutio fieri queat. Interim tamen, ne fraudulenter nimis diu differatur electio, imperatori tanquam advocato ecclesiae licet præfigere terminum, intra quem electio facienda, sub combinatione, quod eo elapo imperator prælatum mittere velit.

§. 5.

Administratio.] Quamobrem in Germ. ob leges Imp. sub poena banni imperialis, der Reichs-Acht, prohibita est provocatio a principibus & judiciis imp. ad papam in causis secularibus.

TIT. XI.

DE TEMPORIBUS ORDINANDORUM &c.

§. 3.

Gradus eccles.] Quia quilibet gradus ecclesiasticus ejusque functiones creduntur dependere

F 3

ex

ex singulari gratia Spiritus S., per ordinatio-
nem demum conferenda. Sic qui ex diacono
evadit presbyter, denuo ordinandus est in pres-
byterum.

§. 4.

Dissentient.] Nam alia nobis est ordina-
tionis significatio, quæ convenit primæ origini
ordinationis, de qua dictum tit. 8.

Admonendum.] Attamen ordinatio non sit
ad ecclesiam certam, sed in genere; quod per-
tinet ad reliquias juris can. Unde quoque est,
quod ordinatio non fiat in ecclesia, cui minister
ecclesiæ præficitur, sed in ecclesia cathedrali.
Quapropter præter ordinationem adhuc opus
fuit introductione solenni, qua revera idem sit
inter Protestantes, ad quod ordinatio olim in-
troduceda fuit; eoque ipso ordinatio hæc non est
eadem, quæ fuit in prima origine.

§. 7.

Usu.] Nam ab antiquis id ideo invaluit,
ut usu & exercitatione in officiis minoribus mi-
nister acquirat habilitatem, quæ requiritur ad
officia majora, præsertim cum academiae non-
dum essent institutæ, adeoque ad officium quis
usu & exercitatione aptus erat reddendus. Ac-
cedit, quod prudentia ecclesiastica in ministro
ecclesiæ quoad officium magis ardua requiratur,
quæ maxime usu acquirenda; quia integratatem
vitæ, ad quam imprimis respiciendum in offi-
ciis

ciiis majoribus, probare debebant in officiis vi-
lioribus. Verum successu temporis nil nisi um-
bra reliqua mansit ex ista graduum differentia;
siquidem supra jam deductum, quod in episcopis
alia hodie requiri soleant, quam olim, & quod
plerasque functiones præter regimen reipubl.
demandare soleant vicariis. Inter protestantes
alia ex ratione extra usum est ista ordinatio gra-
datim facienda, quia unam saltem habemus or-
dinationem omnium ministrorum verbi divini
& sacramentorum, sive diaconi, sive pastores di-
cantur. Inferiores enim seu secundarii clerici
plane non ordinantur.

§. 9.

Translata fuerit.] Hæc omnia per varios
tropos ita sunt implicita. In se enim titulus de-
notat inscriptionem, quæ etiam ædibus, & sic
quoque ædibus sacris proponi solebant. Deinde
denoravit ipsam rem inscriptam, adeoque ipsas
ædes sacras. Et postea cum istæ ædes dictæ
sint ecclesiæ, titulus quoque per tropum ipsam
ecclesiam seu cætum quendam christianum de-
notavit, & porro significare cœpit officium ecclæ-
siasticum, siquidem clerus *nat' εζοχην* ecclesia
dictus. Denique significavit utile, quod mini-
stro ecclesiæ pro officio ecclæsiastico assignatur,
seu redditum, unde minister ecclesiæ se exhibere
potest.

Pensionis.] Quod si enim quis aliquem or-
dinaverit sine titulo, unde vivere queat, ipse

ordinans illi prospicere debet de pensione quædam, usquedum certus titulus illi possit assignari; quod maxime contingit in ecclesiæ ministris vicariis quibusdam, exemplo der Weyh-bischöfe.

§. 10.

Numerum.] Attamen semper adversa est intentioni, fini, ac origini ordinationis; nec ea opus esse videtur, quia seminaria ministrorum ecclesiæ alio modo commodiore institui possunt ad obtinendum finem, quem ordinationem absolutam commendantes intendunt. Et per talēm ordinationem protestantes facile possunt incidere in incomoda, quorum prima tonsura & ordinatio absolute pontificiorum arguitur.

§. 11.

Dammant.] Siquidem ratio damnationis inter Protestantes deficit, quia non credimus, quod per ordinationem spiritualis potestas conferatur, adeoque simonia committi nequit. Neque per ejusmodi honoraria legibus provincialibus definita nundinatio officii sacri ita facile committi potest, quia ordinatio non dependet ab arbitrio ordinantis, sed a mandato consistorii, ad præcedentem vel electionem vel præsentationem & subsecutum examen in confessu consistorii expediendum.

§. 12.

§. 12.

Anni redditus.] Quos sibi pontifices tan-
quam honorarium pro confirmatione stipula-
bantur, atque in eo ira excedebant episcopi ro-
mani, ut aliquando redditus aliquot annorum sibi
stipularentur, quod tamen restrictum est ad redi-
tus primi saltem anni. vid. nov. 56. c. I.

K. P. G. C. P. R.

Nach dem *Circulare vom 12. December 1770*,
soll kein Inspector für die *Introduction* eines Pre-
digers auf dem Lande, mehr als zwey Thaler aus
den Kirchen-Mitteln der Mater, und einen Tha-
ler aus den Kirchen-Mitteln der Filia nehmen;
was aber die *Introduction* der Prediger in den
Stadt-Kirchen betrifft, so ist es in Anfahrung der
Gebühren dafür bey der an jedem Orte erweiss-
lichen Observanz verblieben. Uebrigens sollen
auch die Pfarr-Inventarien-Stücke, nach den
Matriculn von 1600. oder nach neuern von den
Petronen, Gerichts-Obrigkeit und Gemein-
den unterschriebenen Matriculn, denen anzie-
henden Predigern allein gehörig überliefert,
und davon durch die Inspectores in dem wegen
der *Introduction* an das Ober-Consistorium zu
erstattendem Bericht allemal erwähnet werden;
nicht weniger soll auch, wenn zwischen den Er-
ben eines verstorbenen Predigers und einem an-
ziehenden Prediger, in Absicht der Pfarr-Ein-
künfte und sonst, ein Vergleich errichtet wird,
gedachtes Inventarium darin mit aufgeführt wer-
den. (Siehe auch bey Lib. III. Tit. 12.)

F 5

TIT.

TIT. XII.

DE SCRUTINIO, &c.

§. 17.

Probandi.] Hæc concio ~~concupiscenti~~, die Probe-Predigt, his temporibus ferme superflua est, quia sit post electionem, cum potius, si usum quendam habere debeat, ante electionem fieri deberet; quamobrem etiam ante electionem a candidatis, quorum ratio habetur in electione futura, concio haberi solet, quæ dicitur die Gast-Predigt, & hæc magis est loco concionis docimasticae.

Religionis.] Quod initio ita invaluit, ut in hærelin vel in infidelitatem delapsi revertentes ad ecclesiam declarare tenerentur ob dissidentiam eos recipientium dexteritatem suam. Sensim vero id omnibus clericis obtrusum, sed admodum superfluum est, nam clericus citra jusjurandum hoc se sit & moneri potest, quod sub hac conditione constituantur minister ecclesiæ, ut doceat secundum formulam fidei publice receptam & approbatam. Errores vero claudestinos in ministro ecclesiæ hoc juramentum non impedit.

K. P. G. C. P. R.

Die *Vistar. Ordin. von 1573. Art. 6.* Das Consistorium soll auch nach der *Verordn. vom 28. October 1679.* die *untüchtige Candidatos Theologos*,

giz,

gię, wenn sie zum Pfarr-Amt präsentiert werden, nicht confirmiren, auch alle und jede schon examinierte und ordinirte Prediger, welche weiter befördert werden, sollen, absonderlich zu Inspectoraten, vor Ausstellung der Vocation und Confirmation, noch einmal examinirt werden.

Verordn. vom 7. December 1718. Und von eben diesem Jahre, den 30. September, ist eine erneuerte Verordnung wegen der studirenden Jugend auf Schulen und Universitäten, wie auch der Candidatorum Ministerii. Jedoch brauchen die vorhanden bereits examinierte, und ordinirte Feldprediger, wenn sie zu bessern Pfarr-Stellen gelangen, nicht noch einmal examinirer zu werden.

Resol. vom 31. Maij 1719. Derer zum Pfarr-Amt präsentirten Candidaten Tüchtigkeit soll also wohl geprüft werden, und von wem es geschehen müsse, siehe *Verordn. vom 18. April 1733.* 29. September 1736. und 14. Febr. 1765. Kein Kirchen-Patron mög einen Candidaten zur Probe-Predigt admittiren, vielweniger denselben die Vocation ertheilen, bis er ein Testimonium von den Examinatoribus wegen seiner Capacitat und Admissibilität zurück erhalten hat. *Circulare vom 27. September 1736.* Auch soll kein Prediger weiter bestellt werden, als der ein gutes Zeugniß von Halle &c. &c. hat. *Resol. vom 29. Febr. 1736.* Siehe auch vom 30. September 1718.

Nach der *Verordn. vom 1. November 1727.* ist keiner zum Pfarr-Amt zu bestellen, welcher nicht auf einländischer Universität zuletzt studirt hat. Excepe die reformirzen, welche auch, wenn sie außer Landes studiren wollen, die Universitäten Utrecht und Basel erwählen sollen. Diese Verordn. ist aber abgeändert. Denn nach dem *Edict vom 9. Januarii 1736.* sollen alle Studiofi

Theo-

Theologie *lutherischer* Religion den Anfang ihrer Studien wenigstens zwey Jahr zu Halle machen, wenn sie in den hiesigen Landen befördert werden wollen; und laut *Edit. de 19. Junii 1751.* soll Niemand auf auswärtige Academien und Schulen studiren. Exceptionem vide in *Rescripto de 1. December 1752.* wie denn schon nach dem *Edit. de 8. Mart. 1726.* kein Theologe, der zu Wittenberg studirt, befördert werden soll. Jedoch sollen in Conformatitatem des *Edit. vom 2. Mart. 1752.* die *lutherischen* Studiosi Theologiae der Universität Frankfurt an der Oder denen, welche in Halle und Königsberg studiren, gleich befördert werden.

TIT. XIII.

DE ORDINATIS AB EPI-
SCOPO &c.

§. 20.

Fuerit.] Cum enim ex opinione juris can. ei spiritualis qualitas per consecrationem conferatur, atque eadem qualitas per ordinationem concedatur ordinato, eaque inhæreat homini, donec degradatio solennis fiat, eadem quoque per ordinationem ab episcopo incompetente vel deposito factam conferri creditur. Cum vero ab incompetente facta sit, suspenditur executio officii ordinati, usquedum dispensatio ordinato concedatur.

§. 24.

§. 24.

Constituti.] Adde, quod ratio juris can. deducta ad §. 20. prorsus casset inter Protestantes.

K. P. G. C. P. R.

Kein Candidat oder Studiosus Theologiae darf den Segen von der Canzel sprechen. Verordnung vom 31. Januar. 1727. Solcher soll auch sowohl, als ein Prediger, bey zwey Thaler Strafe, vor Jedesmal, nicht länger, als eine Stunde predigen. Circul. vom 18. December 1714. und in Ost-Preussen vom 31. December 1714. 4. Jun. 1716. und 22. April 1717. (bey GRUBEN in Corp. Conf. Pruz. P. I. n. 46-48.) Uebrigens wegen der Prediger und Candidaten deutlichen Lehr-Art, confer. Mandat vom 8. Febr. 1740. Nach dem Circul. vom 1. October 1761. darf kein Prediger bey 5. Rthlr. Strafe einen Candidaten oder Schulmann die Canzel betreten lassen, wenn derselbe nicht vorher Licentiam concionandi vom Ober-Consistorio erhalten hat; Wenn der Candidat &c. präsentirt wird zum Pfarr-Amt, so soll er nach dem Circul. vom 12. Martii 1767. die erhaltene Erlaubniß zu predigen, mit vorlegen, oder wenigstens drey Monath vorher solche Erlaubniß annoch suchen, oder die Kosten hernach daß für doppelt bezahlen.

TIT.

TIT. XIV.

DE ÆTATE ET QUALITATE,
ET ORDINE PRÆFI-
CIENDORUM.

§. 26.

Sacra.] Quæ ex indole ministerii ecclesiastici desumpta sunt, atque monente Paullo in hunc ordinem referri possunt: Minister ecclesiæ habet

- 1) virtutes communes in majori gradu, & præterea.
- 2) virtutes speciales, scil.
- α) instructus sit scientiis necessariis,
- β) caveat ab illis, quæ avocant ab officio suo, &
- γ) servet decorum sui ordinis.

Addiderunt.] Præsertim postquam jus can. ministros ecclesiæ comparavit cum sacerdotibus & levitis judaicis; quæ requisita tamen cum fundamento suo ad protestantes non quadrant.

§. 27.

Prescriptus fuit.] Quia Christus hac ætate publice ad docendum prodiit. Attamen hæc ratio nihili est, quia docentes in ecclesia & presbyteri nec apud judæos, nec apud veteres christianos fuerint iidem.

§. 30.

laicorum.] **§. 30.**

Laicorum.] Cum enim clericis matrimonium interdiceretur, sed castum ccelibatum agere non possent, indeque concubinas alerent, atque ex his suscepitos liberos naturales ad ministeria ecclesiastica obrtruderent ecclesiae, idque laici potentiores imitarentur, abusus ille tollendus erat prohibitione ordinationis illegitimorum.

Peperit.] Nam exclusi a clericatu excludebantur quoque ab opificiis, quorum opifices ad clericatum adspirare poterant; unde publicus contempsus in ejusmodi personas exclusas redundavit, quem Icti dicunt levis notæ maculam, quæ est vera infamia jure can., eaque etiam inter Protestantes in Germ. obtinet iater privatos. Unde & illegitimi a clericatu tanquam a dignitate excluduntur.

§. 34.

Reconciliati.] Publica penitentia enim, æque uti excommunicatio, supponebat grave scandalum, quod in publicum notum erat. Adeoque ejusmodi persona vix poterat esse exemplar vitæ reliquis ecclesiæ membris.

§. 35.

Peracta.] H. e. ex antiquo axiomate, ecclesia horret sanguinem; cuius fundamentum est, quod multi supplicia capitalia antiquitus rationi

tioni & christianismo contraria putaverint, quod
tamen fallit.

Committere.] Præsertim cum prælati Germanici Imperii immediati superioritatem territorialem nacti sint, cui inest militia & jurisdictio criminalis. Interim tamen factum, ut ad executionem sententiarum capitalium constitutæ personæ carnificis publicum contemnum eo modo incurrerint, uti §. 30. dictum est de illegitimis.

§. 37.

Et corporis.] Inter Protestantes requisitus hisce non adeo sollicite insistimus, quæ introducta sunt ex comparatione ministrorum ecclesiæ cum sacerdotibus Veteris testamenti, sed saltem ad id respicimus, ne vitia corporis tedium moveant ecclesiæ, ita ut mutilatus facilius admitti queat ad prædicandum verbum divinum, quam ad sacramenta administranda.

§. 38.

Repellitur.] Brevibus quasi-digamus dici-tur, qui virginem non est nactus, qui postea viduus factus non admittitur ad sacerdotium. Sed partim ex odio secundarum nuptiarum patribus ecclesiasticis quibusdam familiari, partim ex prava interpretatione dicti, ein Bischof soll seyn eines Weibes Mann, hæc promanarunt, & a protestantibus non attenduntur.

Die.

K. P. G. C. P. R.

Diejenigen, welche *römisch-catholisch* gewesen, und zur protestantischen Religion übergetreten sind, sollen zu Kirch- und Schul-Aemter, bey Verlust des Juris Patronatus, nicht vociret, noch befördert werden. *Editict vom 15. November 1738.* dass aber kein Sohn dem Vater in der Pfarre succediren solle, solches geht nur diejenigen Kirchen an, worüber Sr. K. Majestät das Jus Patronatus haben. *Rescripte von 18. Januar. 1738.* Nur muss kein Candidatus Theologie, er sey, wer er wolle, zum wirklichen Predigt-Amt befördert werden, der nicht das 25te Jahr zurückgelegt hat. *Patent vom 19. Febr. 1738.*

TIT. XV.

DE SACRA UNCTIONE.

§. 44.

Unctio.] Postquam unctio summi sacerdotis judaici ad episcopos translata est, & hi una cum presbyteris comparati sunt cum sacerdotibus V. T. Antiquitus enim nec episcopi nec presbyteri, & quidem hi nec inter christianos, nec inter iudeos uncti sunt, quippe a sacerdotibus judaicis prorsus distincti.

§. 48.

Protestantes.] Nec hi diversa solennia adhibent subdiaconorum, diaconorum, & pastorum, sed omnibus eadem est ordinatio, quia omnes eodem modo ad ministerium verbi divini & sacramentorum constituantur.

G

§. 49.

§. 49.

Mystica.] Quasi erecta crux indigitet papæ potestatem illimitatam, uti curvus episcopi baculus restrictam ejus potestatem. Fabulosa ratio in eo est, quod Petrus baculum suum pastoralis miserit in Germaniam ad resuscitandum in itinere mortuum Maternum, vel uti alii volunt, Eucharium, missum ad convertendos Germanos, qui miraculosum baculum Petrinum remittere noluerunt, sed in memoriam rei gestæ sibi servarunt. Unde postea Petrus loco baculi pastoralis curvi usus fuerit cruce.

Ab aliis.] Potuit forsan occasionem dedit esse huic insigni, quod episcopi romani imitati fuerint magistratus romanos, quibus fasces jurisdictionis præferebantur, & hasta figebatur in loco, ubi jus dicebatur, ita ut episcopi romani pro insigni jurisdictionis & imperii ecclesiastici sumserint crucem, aburentes dicto Apostoli, quod nihil habeat ostendandum, quam crucem Christi. Unde signum † postea factum est insigne imperii ecclesiastici. Quapropter figuratur in loco, in quo ecclesia ædificanda est, ideo ut constet, locum hunc potestati seculari exemptum & ecclesiastice subiectumiri.

§. 50.

Imperatores.] Unctio imperatorum usitata fuit judæis & ethniciis. Illi tamen per unctionem magis indicabant, quod unctus a cetero populo segreg-

segetur, hi vero divinum quid conferri dicebant, quo magis inviolabiles redderent crudelissimos tyrannos a subditis. Tandem etiam inter christianos invaluit unctio imperantium, & primus inter imperatores unctus legitur Justinianus, inter reges in Germ. Pipinus.

Derivandum.] Unde Pontifex Clemens XI.
noluit, ut imperator Leopoldus regem Borussiae
agnosceret regem, quasi Pontifici competeteret jus
appellandi reges. Attamen jam inter Pontificios
ipos Hadrianus IV. teste R A D E V I C O ingenuus
fassus est, se tantum diadema imponere; & in
comitiis Imp. sub Ludovico Bavarо anno 1335.
decretum est a statibus imp., quod sola electione
verus imperator efficiatur; quemadmodum etiam
hodierni imperatores coronationem a Papa olim
faciendam negligunt. Multo minus Protestantes
id Papae indulgent, quod nulla ratione ex jure
nat. aut sacris litteris probandum sibi arrogat.
conf. Dni. a L U D E W. diff. de auspiciis regum.
Eiusdem Opus., quod inscribitur: Nenig pon-
tificis de jure appellandi reges.

K. P. G. C. P. R.

Durch die Resol. v. $\frac{3}{29}$ Juli 1740. ist denen
 Evangelisch - Lutherischen Predigern der Chor-
 Rock, und Gebrauch anderer sonst üblich gewe-
 senen Ceremonien, frey gegeben, (nach Belieben
 der Prediger!)

G 2

TIT.



TIT. XVI.

DE SACRAMENTIS NON ITE-
RANDIS.

§. 51.

Finguntur.] De quibus supra jam est actum, ubi de ordinatione sine titulo non facienda ex instituto tractavimus. Evidem ejusmodi episcopi titulares, seu in partibus infidelium, constituantur, quod semper adsint, quibus tanquam vicariis in pontificalibus uti possint alii episcopi, qui revera tales sunt.

TIT. XXIII.

DE OFFICIO ARCHIDIACONI.

§. I.

Minorum.] In prima ecclesia hi clerici plane non fuerunt, sed saltē habuit presbyteros & diaconos, qui tamen aliquando habuerunt auctoritatis, i. e. pedissequos seu famulos ad vilia peragenda, qui etiam in conventiculis christianorum antelucanis & vespertinis adserre debebant lumina. Unde postea per errorem dicti sunt cerarii. Postea ejusmodi famuli, quorum plures quoque ad singulos auctus constituti sunt, luxu ecclesiae aucto inter clericos relati fuerant, forsan seculo IV., cum concilium Laconicum mentionem eorum faciat, ut imperator Gratia-

TIT.

nus



nus in tit. Cod. de episc. & cleric., dum distinguntur in legatus & auxiliarius.

§. 2.

Vocatis.] Diaconi in ecclesia prima christiana constituti fuerunt, æque uti presbyteri, ad exemplum synagogæ judaice. In hac enim præter presbyteros seu seniores erant Chazanitæ seu hyperetæ, qui constituti erant ministri ad ea, quibus seniores non vacabant, e. g. custodiebant synagogas, librumque legis, & ex hoc legebant, eleemosynas colligebant, &c., quorum instar christiani præter presbyteros constituerunt diaconos tanquam ministros ad ea, quibus presbyteri non vacabant. Unde officium eorum determinabatur ab episcopis & ecclesia. Utpote debebant expedire ecclesiam, ex iis removere, qui agapis & sacrae synaxi inesse non poterant, annunciare formulam pacis, indicare tempora actuum sacrorum, disponere agapas, colligere & erogare eleemosynas, legere ex scriptura sacra, &c. Tandem specialia officia illis sunt demandata, & postea in eventu fæcerdotio ex judaismo cœperunt comparari cum levitis. conf.

VITRINGA de synagoga Veterum.

§. 7.

Laboribus.] Nimirum absolute non differunt diaconi & pastores, sed saltem, ubi in una ecclesia plures sunt ministri verbi divini & sacramentorum, primus dicitur Pastor, ceteri dia-

coni aut capellani, qui saltem in hoc differunt,
ut Pastoris officium

1) sit honorarius; unde

a) Pastor gaudet præcedentia,

b) ipsi reverentiam debet diaconus,

c) Pastor inspectionem quandam habet in
diaconum,

d) consensu ejus opus est in electione
diaconi.

e) Pastor habet concionem primariam.

2) Officium Pastoris est commodius, unde

a) non consecrat,

b) non baptizat,

c) non benedicit nuptiis, &

d) non catechizat, quæ functiones diaconis non demandatae.

§. 10.

Nequeat.] Sed simulac quis in archidiacionum constitutus sit, statim habeat vicarium officium in quibusdam episcopalibus juribus, quum regulariter vicarius non sit, nisi principalis vices suas alicui demandaverit.

§. II.

Banna.] Bannum denotat in medio ævo idem, quod jussus, mandatum. Deinde quoque citationem edictalem, & porro jurisdictionem. Tandem quoque districtum, in quo jurisdictione competit, imo & paenam, maxime pecuniariam vi jurisdictionis imponendam.

§. 12.

§. 12.

Archipresbyterum.] Unde archidiaconus jurisdictione superior habetur archipresbytero, quamvis quilibet presbyter quovis diacono, adeoque & primo seu archidiacono quondam superior fuerit dignitate; quemadmodum etiam adhuc respectu iurium ordinis archipresbyter habetur superior.

Determinata.] In se enim indefinitum & obscurum est, quid sint causæ arduæ & majores, quidve leviores, cum termini hi sint relativi & comparativi, qui si absolute & sine relatione ad certum aliquod relatum ponantur, obscuri sunt.

§. 13.

De consuetudine.] Non enim in omnibus ecclesiis eadem fuit potestas archidiaconorum, quia non ubique omnes episcopi easdem functiones diaconis mandare consueverunt.

§. 14.

Potestas.] Maxime per vicarios generales seu officiales episcoporum, qui ad tribunalia sua omnes causas attraxerunt, prætextu, quod sint arduæ, & per nimiam extensionem appellatum. Inter Protestantes archidiaconi non sunt in juris can. sensu, sed saltem, si in una urbe plures sint parochie & diaconi, primus diaconus in ecclesia primaria dicitur archidiaconus, qui tamen dignitate inferior est omnibus civitatis Pastoribus.

TIT. XXIV.

DE OFFICIO ARCHIPRES.
BYTERI.

§. I.

Secula.] Iterum ad exemplum synagogæ judaicæ, in qua erant seniores constituti ad actus synagogæ moderandos, ut omnia fierent ordinate. Hinc differebant presbyteri a sacerdotibus, qui in templo administrabant sacrificia, minime pertinencia ad synagogam; quemadmodum etiam a presbyteris differebant prophetæ, habitu insufo & singulari mandato Dei extraordinario instructi ad docendum populum. Imo alii docentes extra prophetas nequidem semper fuerunt iidem cum presbyteris. Sed non raro fuit separatus confessus academicus a confessu presbyterorum; quamvis collapsa ferme republ. judaica cætus seu confessus ex presbyteris, sacerdotibus & doctoribus magni synedrii nomine consitus, judicariam exercuerit potestatem, quod a tempore Maccabæorum deducitur a VITRINGA de synagoga, & SELDENO de synedrio. Christiani vero, ut omnia ordine fierent in ecclesiis suis, presbyteros seu seniores constituerunt, qui confilio & exhortatione curarent ordinem in ecclesia servandum, & ut ecclesiæ nomine exercent actus, quibus singula membra commode vacare nequeunt. Unde presbyteri actus facros, utpote agapas & evcharistiam direxerunt & administrarunt, eleemosy-

nas

nas curæ habuerunt, baptizarunt, benedixerunt
matrimoniis, inspectionem in ecclesia exercue-
runt, negatâ tamen omni jurisdictione & po-
testate agendi quid per vim.

§. 7.

Differabant.] Præsertim in prima ecclesia christiana, ubi potestas docendi pertinebat ad habitus infusos, & a dono miraculoſo Spiritus sancti dependentes. Unde presbyteri erant vel docentes vel administrantes. Idque intelligendum ex apostoli dicto, ein Aeltester, der lehrhaft, ist zwiefacher Ehren werth.

6. 8.

Plebis.] Quamvis enim in republica ecclesiastica proprio fæcerdotibus eminentioribus, i. e. episcopis faltem competit imperium, nihilominus ad partem imperii illam simplicem quivis fæcere dotes & episcopi vocati sunt, ut scil. habeant forum pœnitentiale, i. e. gaudeant jure ligandi & solvendi audiendo confessiones peccatorum, & imponendo pœnitentiam, cùque non facta negando absolutionem, simulque excludendo a sacra cena.

§. II.

Instituendi.] Nimirum introductio clericorum in plerisque locis demandata est inspectori- bus, præsertim Pastorum ruralium, & minorum urbium. Dantur enim urbes majores, in qui-

bus introductio ministri ecclesiae fit per syndicum civitatis, præsertim ubi civitatenses magistratus jure consistorii gaudent. Quod vero ad ordinationem attinet, hæc superintendentibus plerumque competit; nisi iterum forsan in urbibus, quæ jure consistorii gaudent, per seniorem ministerii fiat.

Sine jurisdictione.] Nimicum saltem per amicabilem compositionem atque exhortationem & correctionem amicam defectus, quos reprehendunt, tollere studeant. Si vero hoc modo nihil efficere queant, aut defectus majori animadversione dignus sit, tunc causam ad consistorium deferre debent.

§. 12.

Suppressum.] Qui chorepiscopi jura episcoporum quamplurima sibi arrogarunt, suamque potestatem adeo auxerunt, ut ipsis episcopis essent timendi.

K. P. G. C. P. R.

Weder von den Lutherischen noch von den Reformirten Predigern soll der *Disput von der Gnaden-Wahl* auf die Canzel gebracht werden. *Circulare vom 21. April 1722. in Ost-Preussen von 22. Maii 1719.* und vermöge Edicti vom ⁸/₁₈ Maii 1671. sollen in Ost-Preussen überhaupt die Theologica, welche zum Streit und Zank Anlaß gehabt, weder auf der Canzel, noch auf dem Catheder tractiret werden. (Siehe beym GRUBEN in Corp. Conf. Prut. P. I. n. II.) Auch sollen die Predi-

Prediger in ihrem gegen die Music zeigenden Eyfer nicht zu weit gehen. Verordn. vom 25. September 1739. und bey willkürlicher Strafe alles öffentlichen Vortrages in Versen, es sey auf der Canzel, oder bey andern gottesdienstlichen Handlungen sich enthalten. Circ. v. 3. Februar. 1763. Wegen der Privat-Versammlungen in den Häusern siehe Mandat v. 9. December 1742. und die Evangelisch-reformirte-Inspections-Presbyterian-Claſſical-Gymnasien, und Schul-Ordnung vom 24. October 1713, ingleichen Prediger-Befallungs-Punkte, nebst den 3. Confessionen, oder Glaubens-Bekänntniſſen, welche in den hiesigen Landes-die Religion betreffenden Edictis zu beobachten befohlen worden, siehe im MVLII Corp. Const. March. Sect. I. pag. 447. n. 83. dass übrigens die Stadt- und Land-Prediger den Feld- und Guar-niſon-Predigern, & v. v. in ihren Functionen keine Eingriffe thun sollen, davon findet man im Mandat v. 12. December 1720. dessen Declara-tion vom 21. Mart. 1721. und 16. Februar. 1725. Excip. si periculum in mora est, &c. Auch soll kein Prediger irgend eine Beurtheilung der Königl. Dispositionen in politicis & ecclesiasticis auf die Canzel bringen. Verord. v. 23. September 1737. Ferner soll kein Prediger den andern einer irri-gen Lehre oder Heuchelei beschuldigen; anderer gestalt derselbe, wenn solche Beschuldigung öffentlich geschehen, als ein Pasquillante angefe-hen werden soll. Edict de 23. September 1737. Die Inspections-Ordn. im Fürstenthum Ost-Friesland, und dem Harlinger Lande lautet vom 9. April 1766. Uebrigens ist zu merken, dass in hiesigen Lan-den die Prediger sich nicht entbrechen können, 1) nach dem Circulare vom 13. December 1753. und 3. Januarii 1765. auf den Dörfern, mit Beyhülfe der Kirchen-Bedienten, insbesondere mit darauf

zu

zu seben, auch dafür zu stehen und zu reponieren, dass alle Verordnungen, die der Vieh-Seuche halber, und wegen derer zu gebrauchenden Präcautionen, damit kein von infirten Orten kommendes Vieh durchgelassen werde, ergangen sind, auch durchgehends und überall alle dieser Seuche halber erlassene Befehle auf das aller genaueste befolget werden; wie denn der Prediger, so bald in einem Dorfe die Vieh-Seuche sich äussert, es sey dasselbe Mater, Filia, oder sonst seiner Pfarre beygelegt, oder incorporirt, davon dem Land-Rath des Creyses obnverzüglich Nachricht geben soll. 2) sich bey Inquisitionen, als Dollmetscher gebrauchen zu lassen, den Dollmetscher Eyd abzulegen, und aus Pohlisch ins Deutsche, &c v. v. zu dollmetschern. Rescript vom 8. November 1763. 3) von der gewonnenen Seyde und Maullbeer-Bäumen alljährlich an ihre Inspectores, (welche letztere an das Ober-Consistorium berichten,) zu melden. Circulaire vom 27. August 1762. 4) der Aufsicht über die Land-Schulen, und davon zu berichten. Siehe bey Lib. III. Tit. 1. 5) dem Salz-Inspectori auf Verlangen eine Liste von allen bey ihnen Eingepfarrten, sowohl Einwohnern, als Einliegern, einzuliefern. Circulaire vom 18. September 1760. Von Cantons-Listen siehe bey Lib. II. T. 23. 6) denen von auswärtig kommenden Colonisten, bey Gelegenheit der Proclamation einen Eyd abzunehmen. Rescript vom 21. Januarii 1765. Siehe bey Lib. IV. Tit. 2. 7) auf das Edict wegen Heuschrecken, und überall auf die Verordnungen indistincte, welche wegen solcher Land-Plage ergehen, seben und halten, dass alles auf das aller-genaueste observirt, und zur Execution gebracht werde. Rescript vom 22. December 1753. 8) die zu gewissen Zeiten abzulesende Edicta nicht nur alle-

allemahl zu verordneten Zeiten abzulezen, sondern auch quartaliter an dem Land-Rath des Creyfes mit einzufendender Specification davon zu berichtem. *Circulare vom 3. September 1756.* Ferner 9) die *Abschriften der Todten-Listen*, so wie dieselbe solche für die Consistoria in Ansehung derer Listen von den Geborhnern, und Gestorbenen formiren müssen, denen *Justiz-Beamten* und *Gerichtshaltern* mitzutheilen. *Circulare vom 3. November 1773.* 10) in den Orten des platten Landes, welche zu weit von den Städten entlegen, und woselbst keine Obrigkeit wohnhaft ist, bey sich ereignenden epidemischen Krankheiten, als *hitzigen Fiebern, zothen Ruhr, Pocken &c.* sogleich dem Land-Rath des Creyfes, oder der Krieges- und Domainen-Kammer der Provinz schriftlich Anzeige davon zu thun. *Circulare vom 18. Januarii 1776.*

TIT. XXV.

DE OFFICIO PRIMICERII.

§. I.

Tenet.] Dictus est a prima cera, i. ea a prima tabula seu capite tabularum, vel alibi seu indicis, in quem referuntur nomina eorum, qui functioni cuidam praefecti sunt.

Regitur.] Praesertim in cantando in choro.

§. 3.

Praecitor.] Quia praet cantando, sub quo simul concentores, quia una cum pracentore canunt, & succentores, qui canendo respondent praecen-

no LIB. I. TIT. XXV. XXVI. XXVII.

præcentori cum concensoribus. Attamen prī-
micerii quoque aliquando vicariam archidiacono-
rum potestatem exercent in quibusdam capitul-
lis. Inter Protestantes in ecclesiis cathedralibus
eiusmodi præcentores occurunt.

TIT. XXVI.

DE OFFICIO SACRISTÆ.

§. I.

Thesauri.] Unde sacrista etiam dicitur thesa-
rarius, nec non cimeriarcha. Inter Protestan-
tes in ecclesiis cathedralibus & capitulis collegia-
tis thesaurarius est inter canonicos, in ecclesiis
vero parochialibus quibusdam custos habet cu-
stodiā vasorum & vestimentorum. Thesauri
autem ecclesiastici cura pertinet ad eos, qui ec-
clesiam repräsentant, Kirch - Väter, Vorste-
her, Juraten. Ruri vero directio atque admi-
nistratio thesauri est plerumque penes Pastorem,
adhibito consilio patroni & seniorum, derer
Vorsteher, Geschwornen, Juraten.

TIT. XXVII.

DE OFFICIO CUSTODIS.

§. I.

Peperit.] Inter canonicos enim ecclesiæ ca-
thedralis post præpositum prælati sunt decanus,
custos, scholasticus & cellarius. Evidem in his
eccl-

ecclesiis canonicus, qui custodis præbendam habet, non ipse, sed per vicarium custodem officia [§]pho 2. descripta exercet. In ecclesiis parochialibus vero Protestantium custodes saltem tantum sunt inter ministros ecclesiæ secundarios, inter quos etiam referendus est custos vicarius, qui est in ecclesia cathedrali.

K. P. G. C. P. R.

Die *Consistorial-Ordnung von 1573.* redet von den *Küstern*, deren *Wohnung* und *Unterhalt*. Nach dem *Patent v. 10. November 1722* sollen zu Küstern und Schulmeistern auf dem platten Lande, außer Schneidern, Leinewebern, Schmieden, Rademachern und Zimmerleuten, sonst kein anderer Handwerker angenommen werden. Und in *Conformität der Verordn. v. 28. Febr. 1760.* darf kein Küster und Schulmeister von den Predigern zur Amts-Verrichtung, bey Vermeydung unausbleiblicher Strafe, admittirt werden, als bis derselbe sich gehörig bey den *Inspectitoribus ad Tentamen, und Probe - Lection* gestellet, auch daß solches geschehen, mittelst eines Scheines beybringe. Wie denn die Küster und Schulmeister, nach dem *Circ. v. 27. August 1761.*, vor ihrer Annahme, außer dem üblichen *Probe-Singen, und Spielen*, in Gegenwart des Predigers, auch *Probe-Schule* halten sollen. In den Amts-Dörfern der *Chur-Mark*, sollen, laut *Verordn. v. 11. Febr. 1763.* keine andere Schulmeistere genommen werden, als die, welche von dem Ober-Conf. Rath HECKER aus seinem Küster-Seminario vorgeschlagen worden. Und die *Inspectores* sollen, nach dem *Circul. vom 6. September*

ber 1770. von den Küster- und Schulmeister-Vacanzen in den Königl. Amts-Dörfern sofort berichten. Liederliche Land-Schulmeisters kann das Ober-Consistorium ohne processualische Formalitäten nach beobachteten Gradibus Admonitionis, cassiren. Rescript v. 26. Januarii 1765. Dass, und wie die Küsters die Currende zu besorgen haben, davon ist nachzusehen die Verordn. vom 27. Febr. 1766. siehe bey Lib. III. Tit. 30. In dem Circul. vom 25. Febr. 1751. ist das Bayern mit den Klocken unterlagt.

TIT. XXVIII.

DE OFFICIO VICARII.

§. 4.

Schismata.] Adde, quod ecclesia oneraretur Pastoribus duobus alendis; prætereaque illud obstatet libertati electionis. In prima ecclesia neque infirmis opus erat coadjutore, quia in una ecclesia plures fuerunt presbyteri & diaconi, seculo IV. tamen invaluerunt coadjutores, etiam cum spe succedendi, nonsolum ob infirmitatem episcopi, verum etiam, ut præcaveretur schismati in electione futura metiendo sede aliquando vacante; partim ne hæreticus in episcopum eveneretur. Inter Protestantes ministeris ecclesiæ parochis non datur coadjutor, nisi ob senium vel morbum chronicum nequeant superesse officio, idque merito sit cum jure succedendi, quo fidelius adsistat emerito, presertim cum ministerium sacramentorum requirat ministrum

nistrum ordinatum, ordinatio autem ordinarie non fiat, nisi quis certæ ecclesiæ præficiendus sit. Eiusmodi coadjutori prospicitur de sustentatione sua ita, ut aut emeritus partem emolumentorum ei concedere debeat, aut si illa sint exigua, ex thesauro ecclesiæ alatur, aut hoc deficiente ab ecclesia ei alimenta sunt danda. Unde ipsi sœpe assignatur mensa ambulatoria.

§. 6.

Annumeretur.] A pontifice Bonifacio VIII., quia constitutio coadjutoris adversatur concilio Nicæno, per §. 4. no. 6. In Germ. inter Pontificios immediatos prælatis datur coadjutor mediante electione aut postulatione capituli, interveniente confirmatione aut admissione papæ. Canonicis autem datur coadjutor aut a papa, aut a capitulo, pro diversitate mensium papalium aut capitularium, in quibus constitutus est is, cui coadjutor dandus. Inter Protestantes immediatos æque ac mediatos in coadjutore idem obtinet, quod in electione & collatione prælatorum & officiorum ecclesiasticorum alias juris est.

§. 15.

Proponantur.] Ideo quod appellatio ad cūiam romanam ab hoc foro dirigi queat, cum ex adverso in tribunalibus secularibus episcoporum idiomate germanico proponenda sint omnia, cessante ratione latini idiomatis.

H

Tribu-

Tribunalia Imp.] Hoc tribunal ex laicis consistit, ecclesiasticum vero requirit clericos. Et tribunal seculare crimina etiam capitalia vindicat, secus ac ecclesiasticum, nisi sint spiritualia. Deinde tribunal seculare se continere debet intra territorium prælati, cum ex adverso tribunal ecclesiasticum habeat potestatem per totam diccesin, latiorem saepe territorio, extensam scilicet per territoria principum catholicorum secularium, imo in horum personas ipsas.

§. 16.

Dicuntur.] Die Officialey, das Officialat. Cum ex adverso seculare tribunal dicatur cancellaria, die Canzley.

§. 19.

Exercent.] Quod etiam inter Protestantes alicubi locorum obtinet, ut non solum civitates quædam municipales jus habeant Consistorii minoris in prima instantia, ut & nobiles landsäfisci, verum etiam in eodem territorio saepe plura sunt minora judicia ecclesiastica, Unter-Consistoria, subordinata consistorio superiori per integrum territorium constituto, dem Ober-Consistorio.

§. 21.

Independens.] Nimirum res tota pender ex prudenti arbitrio imperantis, an judicium singulare ecclesiasticum velit constituere, an non. Nam vi summi imperii & jus circa sacra & omnis juris-

jurisdictio pertinet ad partes summi imperii,
ideoque ad principem, indeque ex hujus arbitrio penderet, an collegio aut totam jurisdictionem,
aut partem ejus aliquam demandare velit. Sed
quia omnis mutatio periculosa est, non convenit
plerumque de novo erigere consistorium, ubi
id non est, praesertim in civitatibus imperialibus.
Nec convenit tollere praefer rationem consistoria,
quaे jam sunt. Id vero imprimis curandum est,
ut consistorii membra pleraque una cum
præside sint Jureconsulti, quia pleraque
causæ, quaे coram consistorio tractantur, sunt
juridicæ.

K. P. G. C. P. R.

Consistorial-Räthe haben den Rang vor Amts-
Cammer-Räthe. Bescheid v. 9. Mart. 1687. und
es ist das Consistorium auch mit Geistlichen zu
besetzen, nach dem Rescript vom 16. Maii 1637.
Von Unterhaltung des Consistorii siehe Consisto-
rial-Ordn. v. anno 1573; wofelbst auch von dem
Consistorial-Fiscal, und seinem Amte. Dass
die französische Commission ecclesiastique auf
dem Fuß des reuischen Consistorii gesetzt wor-
den, solches befahl das Patent v. 26. Julii 1701.
Schlüsslich ist zu merken die Instruction vor das
über alle Königl. Lande errichtete Lutherische
Ober-Consistorium v. 4. October 1750. desglei-
chen in Ost-Preussen die Instruction für das Con-
sistorium &c. vom 30. Jul. 1774. Mehrers bey
Tit. 2. Lib. 2.

TIT. XXIX.
**DE OFFICIO ET POTESTATE
 JUDICIS DELEGATI.**

ad §. 1.

Videretur.] Imo nequidem principaliter ob judices ordinarios, verum maxime ob ipsos reos delegationes a papa concessae sunt in partibus. Insigne enim iustitiae impedimentum inde oritur, si ex locis diffisis reus cum maxima sumtuum iactura Romæ litigare debeat, præfertim si in prima instantia statim actor papam aeat, quod licet, quia papa est ordinarius omnium ordinariorum. Cui incommodo papa ex parte obviandum ivit, ut permitteret quidem curiam adire romanam, sed promitteret, quod curiam romanam adeuntibus dare velit judices delegatos non nisi ex civitate vel dieœcesi illa, in qua aut utraque pars, aut saltem reus subsistit, de qua re pluribus dixi in diff. de juramento perhorrescentiæ.

Non deficientibus.] Adeoque commissariorum constitutio saepe facit ad eversionem jurisdictionis ordinariae & protractionem litis. Prætereaque commissiones sunt sumtuosæ, atque ipsi commissarii saepe solent protrahere causam, eamque postremo nihilominus relinquere infectam. Taceo, quod litigator talis sibi expetat commissarios, qui adversæ parti infensæ sunt.

DE OFFICIO ET POTEST, JUD. DELEG. III

Particulares.] Vid. §. 6.

Statum.] Utrumque enim in causis secularibus contingere potest in Germanico Imperio, si nimirum ab imperatore & Imperio causa quædam delegetur statibus quibusdam imperii, qui illas subdelegant ministris suis.

§. 3.

Ab adversario.] Propter dicta ad §. 1. not. 2. Ad minimum permittitur, ut adversarius sibi exceptat commissarios.

§. 4.

Clerici.] Sed quia inter Protestantes laici etiam capaces sunt jurisdictionis ecclesiastice, hinc illis quoque delegari possunt causæ ecclesiasticae.

Electi.] In foris secularibus consultius est, ut causæ suspicionis ipsi deleganti exponantur, quod is delegationem revocet, quæ via expeditior est electione arbitrorum.

§. 5.

Nequit.] Cumque hoc causam præbeat protractioni litis, hinc factum, ut in terris Brand. constitutum sit per Justitzreglem. de anno 1739, quod in commissariis clausula si non omnes semper subintelligenda sit.

Si non omnes.] Vulgo reddunt sicut und sonders.

TIT

H 3

Aut

Aut omnes.] Vulgo vertunt samt oder sonders.

§. 6.

Fruatur.] Nam delegatus Pontificis est instar judicis ordinarii. Inter Protestantes & in genere in foris secularibus delegatorum a principe datorum potestas dependet ex concessione principis, quæ ex tenore commissorii adparet.

Quidam.] Iti nimirum, qui in pleno confessu commode nequeunt expediri, vel in quibus opus non est, ut totum collegium iis immoretur.

Observandi.] Commissarii enim potestas est extraordinaria, cuius concessio probanda est. Hinc in prima statim citatione commissarii tenentur partibus transmittere exemplum facta delegationis, die Abschrift des Commisiorialis.

Nequit.] Hinc commissarius datus ad conventionem censetur quoque datus ad reconventionem.

§. 8.

Si non omnes.] Scil. officium delegatorum exspirat morte unius, quia singulorum fides & industria electa est, nisi forsitan dati sint sub clausula samt und sonders, vel sub clausula samt oder sonders.

Permissa.] Illi scil., qui solus in suum favorem impetravit commissarium, utpote qui favori suo renunciare potest. Attamen restituere debet adversario expensas frustra causatas.

TIT.

TIT. XXX.

DE OFFICIO LEGATI.

§. I.

Legati.] Legatus vario sensu sumitur, scil.

- 1) est minister reipubl. missus ad externam rempubl. ad negotium cum ea gerendum.
Deinde
- 2) est minister reipubl. missus ad provinciam cum imperio in ea exercendo, quales legatos respublica romana cum proconsulibus in provinciam mittebat. Hos legatos imitantur legati pontificis, qui in provinciis ecclesiast. a papa mittuntur, ut non solum papæ negotia gerant apud imperantes seculares in illa provincia, sed etiam loco papæ imperium sacrum ibidem exerceant, simulque imperium papæ in episcopos æque ac principes seculares stabiliant. Minus recte legationes hæ pro iisdem habentur cum missionibus ab apostolis factis; quamvis forsitan inde occasionem & originem traxerint. Nam apostoli ecclesiæ, in quibus præsentes non erant, aliquando aut ipsi, aut per nuntios visitabant, ut consilio & exhortatione salutem earum promoverent, qua in re postea episcopus rom. singulari curam sibi arrogavit. conf. MARC. ANTON. de DOMINIS de republ. eccl. ecclesiast.

clesiaſt. L. 4. c. 12. §. 23. THOMAS. de
veteris & novæ ecclesiæ disciplina P. I.
L. 2. c. 3. DU FRESNE in Glossario
medii ævi, articulo Legati.

§. 3.

Dependerint.] Nam Sicilia non pertinet ad
regnum occidentale, sed ad imperium orientale,
atque in exarchatu fuit, nec sic romano patri-
archæ, sed Constantinopolitano subfuit episcopus
Siculus. conf. a LUDEW. in der Erleuterung
der Reichs-Historie.

§. 4.

Legati nati.] Tales sunt in Germania ar-
chiepiscopi Salisburgensis, in Hungaria Strigo-
nensis, in Polonia Gnesensis, in Bohemia Pra-
gensis.

§. 6.

Aliam.] Porro IV.) jurisdictionem habet
in alios archiepiscopos & exemptos episcopos &
abbates, nec non V.) jus eos confirmandi, &
VI.) condendi statuta perpetuo duratura, uti &
VII.) dandi privilegia; unde etiam VIII.) jus
habent concedendi facultatem erigendi acade-
mias.

TIT.

TIT. XXXI.

DE OFFICIO JUDICIS ORDINARII.

§. I.

Proprio jure.] Vt etiam in jurisprudentia romana jurisdictione ordinaria opponebarur mandatae, & denotat illam jurisdictionem, quam quis immediate a republ. nauctus erat, ita pariter episcopi suam potestatem dixerunt ordinariam, ut eam immediate ex lege ecclesiast. haberent, non vero tanquam vicarii papæ. Unde episcopus vulgo dicitur ordinarius.

§. 6.

Exerecent.] Jura episcoporum a pontificiis dividuntur vulgo

- 1) in jura ordinis, quæ Autor dixit pontificalia,
- 2) in jura jurisdictionis, atque
- 3) in jura legis diocesanæ.

Nam quæ Autor adjecit 4) de juribus status, saltem pertinent ad episcopos Imperii Germ., imo etiam ad abbates & abbatissas, aliosque prælatos immediatos in Imperio Germanico, ut sic nec solis, nec omnibus episcopis competant. Triplex vero ista jurium episcopalium distinctio inde est, quod episcopus sit sacerdos altioris gradus,

in diœcesi sua imperio ecclesiastico instructus.
Hinc enim

- 1) ad jura ordinis pertinent
 - a) ea, quæ ad officium cuiuslibet sacerdotis seu presbyteri pertinent, quam
 - b) ea, quæ episcopus qua sacerdos eminentior potest in ministerio aëtuum sacerorum, a quibus presbyteri reliqui exclusi sunt, aut qui noviter sunt introducti, maxime a sacerdotio summo judaico desunt. Deinde
- 2) episcopus est magistratus ecclesiasticus. Ergo jurisdictionem habet in res ecclesiasticas, personas & causas ecclesiast., & quoad has etiam in laicos. Tandem quoque
- 3) aliis juribus majestaticis in sacris fruitur episcopus in diœcesi sua, sensim extortis potestati seculari. Unde reliquæ imperii sacri partes præter jurisdictionem in diœcesi comperentes comprehenduntur sub lege dioecesana.

TIT. XXXII.

DE OFFICIO JUDICIS.

§. 3.

Judices.] Officium judicis vario sumitur sensu. denotat actionem judicis lege definitam; & in hoc significatu de officio judicis agitur.

tur per totam judicii tractationem, continuatam ab hoc usque per librum II.

- 2) Deinde denotat, quod apud Romanos aliquando prætor ordinaria actione deficiente ex naturali jure implorantibus extra ordinem subvenerit; quod in jure can. & germ. extraordinarium non est ignoratis formulis actionum romanarum, & quia ordinario actio toties in Germ. competit, quoties naturale jus perfectam obligacionem suppeditat. Porro
- 3) officium judicis dicitur, quod judex sponte facere debet nemine petente. Evidem

- a) si plane deficiat actor, judex procedere nequit sponte, nisi
 a) in causis publicis, vel
 b) criminalibus. Adeoque etiam judex ecclesiast. de criminis ecclesiastico cognitionem instituere potest nemine petente. Unde est processus inquisitorius, de quo Libro V.

- B) Quod si vero in causis privati arbitrii actor actionem moverit, tum judex quidem quoad factum nihil potest supplerre, nisi quod in eo omissum sit a partibus, attamen quantum ad jura attinet, omnia sponte supplere deber, quæ pars parti præstare tenetur, quamvis advocati ea non petierint, per tot. tit. Cod., ut quæ des. adv. part. jud. suppl.

suppl. Idquæ vocant officium judicis nobile vel suppletorium. Erronea igitur est forensum sententia, quod judicis officium saltem sit nobile, si libellus adjecta sit clausula: *Desuper imploro nobile judicis officium.*

DE MAJORITATE ET OBEDIENTIA.

Dicunt.] Cum enim ecclesia sit respubl. ex mente pontificiorum, ita ut in ea sint imperantes & subditi, atque inter imperantes ipsos vari sint gradus, inde subordinatio nonsolum est intuitu subditorum mere talium, i. e. inter laicos & clericos, sed inter ipsos diversos gradus ipsorum imperantium, inter quos alii majores, alii inferiores sunt. Inde ergo relatio est inter majores & inferiores, quæ indigitatur per majoritatem & obedientiam, quæ sunt correlata, ut jus & obligatio. Majoritas ergo consistit in jure clericorum altioris ordinis in inferiores, & laicos, quorum subjectio & obligatio dicitur obedientia.

§. 3.

Abbates simblices.] Hi postremo loco ponuntur, quia sunt primi in monachis. Monachorum

chorum vero status quondam fuit dubius, num
sunt laici aut clerici. Imo posterius negabatur
antiquitus.

§. 8.

Not. &c.] Accipendum.] Et quæ ideo oc-
currunt de diœcesi Aberatenensi, intelligenda sunt
de diœcesi Halberstadiensi. conf. LINCK de
decretalib. h. t.

le. sup. illa constituta de (s)

TIT. XXXIV. seqq. (s)

DE TREUGA ET PACE

§. 2.

Ad tempus.] Treuga enim ultimam habet
originem a Germanico treu, quia prestat fidem
& securitatem a violentia & bellis privatis, tem-
pore, quo pax publica non est constituta.

§. 3.

Constitutas.] Tota res ita in ordinem re-
digenda. Treuga

1) a causa efficiente dividitur

a) in conventionalem, i. e. si treuga tan-
rum constituatur pacto, & inde sicut
inducia, vel

b) constituitur lege superioris, & quidem

a) secularis, unde est treuga secularis,
e. g. quam imperator concessit qui-
busdam

busdam locis aut personis, utpote nobilibus insignia imperatoris & imperii castro suo præponentibus, atque doctoribus, quos exceptit a necessitate comparendi in duello.

b) a lege ecclesiast., unde dicitur treuga ecclesiastica vel treuga domini, Deinde

2) ab objecto treuga est, quæ vel

α) personas quasdam, vel

β) res quasdam, vel

γ) tempus quoddam excipit ab hostilitate.

§. 4. T

Fuerunt.] Ut pote inter personas exemptas, & sub treuga comprehensas referebantur clerici, monachi, Hierosolymitæ, Romipetæ, vel alia loca sancta petentes, die Wallfarthen gehen; nec non rustici, dum agriculturam exercent. Inter res vero referebantur ecclesiæ & monasteria una cum atrio suo, dem Friedhoff, nec non res rusticorum, cum quibus constituti sunt in actuali exercitio agriculturæ, v. g. der Pflug. Sed constitutæ pace publica in Germania, dem Landfrieden, dissidationes, quæ feda, die Fehde, dictæ, seu bella privata prorsus cessare debent. Ergo non opus est singulari treuga, sed regula jam inversa absorbet exceptionem. Neque treuga ecclesiastica vim suam exserit in im-

peran-

perantes publica bella exerceentes, quanquam papa id inter eos frustra conatus sit affectata sua superioritate.

TIT. XXXV.

DE PACTIS.

ad §. 1.

Jus can.] Ita nimurum hoc intelligendum est, quod jus can. indulserit, ut laicus laicum propter pacta nuda, ob quæ in republ. romana coram judice seculari actio denegabatur, convenire posset coram judice ecclesiastico, ut hic promittentem adigere debeat ad servanda pacta nuda.

Vergant.] Quia tamen inter Protestantes in foris tam secularibus quam ecclesiasticis ea saltem attenduntur & coactionem externam efficiunt, quæ naturali jure perfecte obligant, cetera vero exhortationi relinquuntur, hinc axioma hoc eandem distinctionem meretur.

Plenitudo.] Nam plenitudo potestatis seu potentiae, quæ prædicatur de papa & imperantibus, nihil aliud est, quam summum imperium. Hoc vero judicandum est ex jure naturæ; hoc autem prohibet lædere subditos, æque ac extraneos;

traneos; adeoque non permittit tollere jus quæsumum ex pacto. Licer tamen vi summi imperii ob salutem reipubl. suspendere effectum obligacionis ad tempus per litteras respirationis, die Anstands-Briefe.

TIT. XXXVI.

DE TRANSACTIONIBUS.

Initur. Quin transactio quoque referri solet ad compositionem amicabilem. Evidem haec fit vel

1. gratis, & dicitur pactum remissorium, vel
2. non gratis, & dicitur transactio.

Noct. Nam prælati nec bona ecclesiastica alienare, nec ecclesiæ onus aliquod imponere possunt, adeoque multo minus futurum successorem gravare, quippe qui titulo singulari saltem succedit; adeoque facta antecessoris præstare non tenetur, nisi ipsius capituli consensus & superioris decretum accedat. Idem ergo inter Protestantes obtinet, præsertim cum etiam inter hos ecclesiæ fruantur minorum juribus. Professe vero prælati possunt ecclesiæ per transactionem.

§. 3.

§. 3.

Quæ adeſt.] Etenim non adesse simoniam, protestantes merito affirmant, adeoque transactio ejusmodi valere potest, si ceterum recte se habeant, quæ §o. 2. dicta sunt.

§. 4.

Conſtet.] i. e. si non dubitetur, quod inter partes verum matrimonium initum sit, sed illud dissolvere intendant transigentes. Quod si enim is, quem femina maritum suum esse dicit, id neget atque inficias eat, quod unquam matrimonium inter eos initum sit, valere quoque potest transactio contra matrimonium praetensum.

Agnoscant.] Attamen requisita §o. 2. exposita adhibenda sunt.

§. 5.

Instaurari.] Nisi transigens gaudeat beneficio restitutionis in integrum, utpote minor, indeque civitas & ecclesia.

Impetratum.] conf. dicta ad §. 3. tit. præced.

TIT. XXXVII.

DE POSTULANDO.

§. I.

Judicium.] De judicio quidem ex instituto agitur libro II., attamen hoc tit. ejus tractatio

I

jam

jam incipit, (pro spatio residuo cutis membranaceæ). Equidem judicium in sensu eminente, qui hujus loci est, denotat integrum disceptationem causarum controversiarum coram magistratu, & judicii constitutiva sunt

- α) subjectum, seu personæ disceptantes,
- β) objectum, seu causa disceptanda,
- γ) forma seu processus, i. e. ordo disceptandi.

Judicantes.] Vel ita: Subjectum seu personæ disceptantes in genere dispescuntur

- α) in principales, quæ sunt vel
 - a) judex,
 - b) litigatores, & ii iterum sunt
 - 1) actor, vel
 - 2) reus.

- β) Vel accessorias, quarum quædam vel
 - a) judici accedunt, utpote
 - 1) assessores, si saltem instructi sint voto consultativo, vel
 - 2) secretarii,
 - 3) actuarii,
 - 4) apparitores.
 - b) Vel partibus accedunt, utpote
 - 1) tutor vel curator,
 - 2) advocatus,
 - 3) procurator,
 - 4) syndicus.

§. 2.

§. 2.

Duplicibus.] Vel ita res concipi poterit: Uterque litigator vel aliquando simul est actor & reus, idque aut

- 1) de diversis objectis & fine, quod contingit in con- & reconventione, Klage und Wiederklage, vid. tit. de mutuis petitionibus, vel
- 2) de eodem objecto & fine, quod contingit in judiciis duplicibus, nimirum
 - α) in possessoriis retinendae quasi-possessionis, in quibus uterque litigator quasi-possessionem jactat, & adversario turbationem imputat, adeo ut aliquando uterque in confessione tuendus sit.
 - β) in petitoriis, nimirum in judicis divisoriis, scil. fam. ercise., communi dividendo, & finium regundorum.
 - γ) in restitutione in integrum.

Nequeant.] i. e. excommunicatus non potest esse actor, quia cum tali nemo communicare potest. Attamen excommunicatus potest esse reus, ne alias excommunicato debitori in beneficium cedat excommunicatio. Sed haec differentia inter protestantes minus est attendenda, quia excommunicatio partim infrequens est, partim non debet producere effectus, quos apud Pontificios habet.

§. 3.

Subscribentibus.] Advocatus enim qua talis non sustinet personam clientis absentis, quod est officium procuratoris; quamvis non raro cliens utrumque officium eidem personæ deferat.

Imperitis.] Qui hoc loco sunt omnes notitia processus destituti.

In facto.] Error juris enim advocati non debet nocere clienti, ob tot. tit. Cod. ut quæ def. adv. part. jud. suppl.

§. 5.

Ecclesiastico.] Sed nec hujus exclusionis solida ratio adest, nisi quod hæretici in quibusdam locis ex jure retorsionis excludantur ab advocando, quia in quibusdam rebus publ. dissidentes in religione non admittantur ad advocaturam; quod imprimis attendendum est in illis locis, ubi nulli tolerantur advocati, quam publice constituti, ut itaque eorum officium quodammodo sit publicum.

TIT. XXXVIII.

DE PROCURATORIBUS.

§. 1.

Vices.] Mandato illorum. Alias enim dicuntur defensores.

Parte

Parte rei.] in actibus, qui per procuratorem æque commode expediri nequeunt, utpote in examine summario responsio ad articulos inquisitionales, atque confrontatione.

Constituendus.] Adde si litigator non praefens sit in loco judicii. Tunc enim tenetur in eo loco ad minimum ideo constituere procuratorem, ut huic possint insinuari citationes, nec opus sit ambagibus & sumtibus citationis subsodialis. Deinde si plures sint litis consortes, hi procuratorem communem constituere debent, quia alias facile possunt processum vel confundere, vel alio modo protrahere.

§. 2.

Minores.] Quod jure can. introductum, ne inde nova lis oriatur, si procurator minorennes aliquid neglexerit, atque contra principalem ab illo indemnitatem petentem opponat restitucionem in integrum; indeque postea principalis contra adversarium suum restitucionem in integrum impetrare studeat.

Mulieres.] In Germ. ad ipsos actus judiciales expediendos requiritur procurator juris peritus. Ad litem vero generatim curandam, & ad substiendum quoad actus judiciales juris peritum etiam admittitur imperitus jurium procurator, adeoque etiam feminæ; qua de re pluribus vide diss. me præside habitam de feminâ procuratrice ad litem.

mois

I 3

§. 3.

§. 3.

Acceperit.] Pontifex in cit. cap. sine ratione secutus est pro parte jus rom., siquidem romano jure ante litem contestatam procurator nec talis erat, nec sic substituebat, quippe qui per litis contestationem demum procurator & dominus litis fiebat. In Germ. vero domino litis exulante procurator statim talis est accepto mandato, & nec ante nec post L. C. substituere potest, nisi potestas haec in mandato sit expressa. conf. Aut. diff. de dominio litis.

Nequit.] Sed in Germanicis foris vix admittendum est, ut plures constituantur procuratores, quippe quod litem aperte reddit difficultorem, nisi plures constituti communem mandatarium substituant, qui actus judiciales expediat solus. conf. dicta ad §. 1. ad verbum *constituendus*.

§. 4.

Sint procuratores.] Unde mandato non exhibito procuratori opponitur exceptio legitimacionis ad processum.

Nullum.] Quod si vero suspicio adsit, principalem scivisse, quod alter causam ejus in iudicio agat, tunc jurejurando se purgare debet, quod hujus negotii nullam habuerit notionem. Alias enim tacite consensit in gesta, adeoque ex tacito mandato tenetur. Ceterum ut obviatur tricis inde in processu metuendis, ad officium

cium judicis pertinet, ut quamvis adversarius hanc exceptionem legitimatiōnis non urgeat, iudex tamen sponte interloquendo legitimatiōnem a procuratore exigat.

§. 5.

Cum libera.] Vulgo: Solte mein Gevollmächtigter mehrere Gewalt, denn hierin begriffen, vonnöthen haben, so gebe ich ihm hiermit freye Macht alles zu thun, was ich gegenwärtig selbst thun könnte, solte und wolte.

Cum similibus.] Pariter hoc referunt, si post expressionem specialium actuum processus principaliorum adjiciatur &c. &c. conf. STRYKII diff. de clausula etceterandi.

Uſu fori.] Quia obscura est clausula *cum libera*. Etenim obscurum est, quid principalis praesens ipse facere voluerit.

§. 7.

Insirma eſt.] Imo fundamento plane caret, siquidem tot limitationes adjiciuntur huic regulæ a DD., ut regula prorsus absorbeat. Neque obstat cit. c. 8. h. t. in 6., in quo collocatur omne fundamentum hujus revocationis; nam questio de hac revocatione non est questio juris, sed facti, tanquam voluntatis. Haec vero redit ad interpretationem, quæ tanquam operatio intellectus legum objectum non sit. conf. ceterum THOMAS. diff. ab Aut. cit.

I 4

TIT.

TIT. XXXIX.

DE SYNDICO.

§. 1.

Syndicum.] Qui dicitur ex græco συνθηκείως, i. e. patrocimor, communem ago causam. Attamen in Germ. quoque dantur syndici, qui præterquam quod sint procuratores universitatum, simul instructi sunt officio publico stabili & perpetuo, cum dignitate conjuncto, partem habente in administranda jurisdictione.

§. 2.

Propriam.] Et constituentium simul, vulgo: so wahr mir und ihnen Gott helfe. Sed hoc tunc saltem locum habet, si syndicus sit membrum universitatis.

Designetur.] Quod si vero syndicus publicum gerat officium, tunc superioris confirmatione indiger, & constituitur ad alii ministri publici.

Ordinatis.] Utpote a capitulo, academiis, civitatibus.

Publicum.] Attamen syndicus cum officio publico non indiget mandato, sed accipit diploma de officio publico sibi collato, vulgo die Bestallung.

K. P. G. C. P. R.

Nach dem Cod. Frid. P. I. Tit. 15. §. 6. &c seq.
soll, wenn ein Magistrat Vollmacht erheilt, ge-
nug seyn, wenn solche mit des Raths gewöhnl.
Siegel bestärkt, auch von drey, oder wenn so
viel

viel nicht vorhanden, von zwey Raths-Membris unterschrieben wird. Die Syndicare aber, oder Vollmachten, welche von Communen in Städten und Dörfern ausgestellt werden, sollen keine Kraft haben, wosfern sie nicht von dem meilten Theil, und wenigstens $\frac{2}{3}$ der Gemeinde entweder gerichtlich, oder im Beyfeyn eines recipirten Notarii unterschrieben worden. Bey den Stiftern soll das Syndicat mit des Collegii Siegel bedruckt, und von dem Decano, oder in dessen Abwesenheit von dem Seniore unterschrieben; bey den Klöstern aber mit deren Siegel befestiget, und von dem Abt oder Probst, nebst denen beyden ältesten Conventualen, unterzeichnet, und alle und jede Syndicate bey Communen in Städten und Dörfern auf der Einwohner Erben, und Erbnebbern; bey den Collegiis aber auf die Nachfolger im Amt gerichtet werden: dagegen aber ist die Renuntiatio Beneficiorum Execusione & Divisione nicht nöthig. Wenn Gülden oder Gewerker ein Mandatum geben wollen, so müssen die fämmtliche Alt-Meistere solches unterschreiben, und der Gewerke Siegel darbey fügen. Wenn mehrere Vormündere divisis officiis, oder einer nur ad certas causas bestellt, können sie absonderlich erscheinen, auch Anwälde oder Actores constituiren. Wenn sie aber coniunctim bestellt worden, müssen sie zugleich, ihrer Pflegbefohlenen wegen, vor Gericht handeln, oder einer dem andern genugsame Vollmacht auftragen, oder zusammen einen Actorem bestellen; es wäre denn periculum in Mora &c., so wird auch alsdenn ein Vormund allein und sub cautione rati wegen seines Neben-Vormundes zugelassen &c. Gleiche Bewandniß hat es auch in diesem allen mit den Curatoribus absentium, furiosorum, und dergleichen: (folglich auch derer Kirchen &c.)

TIT. XL.

DE HIS, QUÆ VI METUSQUE
CAUSA &c.

§. 3.

Cesset.] i. e. in Germ. pecunæ privatæ romanæ in duplum, quadruplum &c. non sunt receptæ; prætereaque ab antiquis nobis ignorata est sententia juris civ. stricti & prætorii æqui, una cum differentia negotiorum stricti juris & bonæ fidei. Omnia potius negotia sunt bonæ fidei apud nos, indeque nulla sunt omnia, quæ per vim & metum injustum extorquentur; adeoque restitutione in integrum non indigent.

Securior.] Nimirum si per vim & metum injustum quis

1) compulsus sit ad quid alienandum, nulla est alienatio; adeoque res vindicari potest; ac si reus opponat exceptionem rei venditæ & traditæ, vindicans replicabit, quod propter vim & metum nulla sit venditio & alienatio, quam replicando etiam statim libello inferere potest. Quod si

2) per vim & metum adactus fuerit ad aliiquid remittendum alteri, tunc actor instituit pristinam actionem, quæ competit propter id, quod remisisse videtur; ac reo excipiente de remissione ac liberatione respondit replicando, quod nulliter facta sit remissio,

remissio, nec sic liberatio contigerit, quod iterum libello inferere poterit.

- 3) Si quis saltem quid promiserit per vim metumve coactus, agenti opponere poterit exceptionem nullitatis propter vim & metum, nec non incompetentis actionis. Quin si chirographum dederit, illud repetere potest condicione sine causa.

§. 4.

Confitenti.] Utpote quia ad legitimum procedendi modum id eo minus pertinet, quo minus decet, ut sine indicis quis tortura afficiatur, & quo minus magistratui licet proprio ausu novas tormentorum species introducere. Quod si vero exorbitans tale quid contigerit, & indicia gravissima adsint contra eum, qui flagellis cæsus est, atque inde ad confitendum adactus, aliud erit dicendum.

Beneficium.] Seu relaxationem juramenti ab episcopo impetrandam, ex hypothesi, quod ex jurejurando aliquid voveatur Deo, eique acquiratur jus; quod tamen tam in genere falsum est, quam in specie fallit in juramento per vim & metum injuste extorto, adeoque nullo, ut adeo vix applicari possit ad hoc juramentum nullum regula, quod servanda sint omnia juramenta, quæ salvâ salute æterna servari possunt.

TIT.

TIT. XLI.

DE IN INTEGRUM RESTITU-
TIONE.

§. 1.

Sisterent.] Verum ne hoc casu quidem proprius opus restitutio in integrum in Germ., nam fatalia, uti præscriptio, supponunt præsumptionem tacita derelictionis causæ. De impeditis autem tacita derelictio causæ præsumi nequit, ergo nec præscriptio, nec fatale aliquod currere potest impeditis, adeoque ad beneficia generalia juris pertinet, & sic a quovis magistratu jurisdictione saltem inferiorem habente concedi potest.

§. 2.

Cohæreat.] Tum quod in Germ. deficiat romana distinctio magistratum in majores & minores, tum quod restitutio in integrum relata in Corpus juris non amplius pertineat ad potentiam extraordinariam magistratus majoris, & ad aëtus augustioris imperii. Hinc nulla subest ratio, cur non coram arbitris principaliter possit ex compromisso agi de restitutio.

§. 3.

Minorum.] Evidem restitutio minorum juris rom. extensa est ad civitates, & jus canonum extendit ad ecclesiias, quippe ecclesiæ propriae.

civitatibus habentur canonistis. Unde præterea restitutio hæc ad alias pias causas relata est.

§. 4.

Noxiam.] Adeoque minores, civitates & ecclesiæ non temere & pro lubitu possunt confessionem revocare prætextu restitutionis in integrum, sed demum, si probent læsionem & confessionem, adeoque opus est probatione erroris in confessione admissi.

§. 5.

Quadriennium.] Nonnulli quidem putans, quod hoc analogiæ juris non conveniat, quasi ecclesiæ & civitatum restitutio ex paparum decretis & constitutionibus imperatorum originem haberet, adeoque civilis esset, ad 30. annos duratura; sed fallunt, nam constitutiones imperatorum & decretales paparum epistolæ non introduxerunt novam restitutionis speciem, sed restitutionem prætoriam minoribus indultam faltem ex identitate rationis ad civitates & ecclesiæ usu fori extensam approbarunt, de quo latius dixi progr. de quadriennali vita restitutionis in integrum reipubl. & ecclesiæ.

§. 6.

Expensas litis.] Restitutio enim negotium ex utraque parte in pristinum statum reduxit, cum revera id agatur, ut factum infestum redatur.

Appel-

Appellationem.] i. e. si sententia restitutio-
nem inique denegaverit, & per negligentiam
læsi in rem jud. abicerit, restitutio peti & impe-
trari potest contra fatale rei jud., ut neglecta
appellantia licentia restituatur.

TIT. XLII.

DE ALIENATIONE JUDICII MU-
TANDI CAUSA &c.

§. 1.

Translata est.] Quamvis enim tenor commis-
sionis seu factæ delegationis stricti juris esse di-
catur, adeoque non videatur extendendus ad
personam in commissoriali non expressam: hoc
tamen in præsenti casu applicari nequit, quia alias
reus semper posset elidere delegationem, simul-
que justitiam evertere per alienationem.

§. 2.

Ecclesiasticum.] Sed quia inter Protestantes
clericis extra provincias causas suas ad papam de-
volvere nequeunt, sed consistoria, quibus cle-
rici subsunt, pars sunt regiminis provincialis:
hinc causa adversarii per alienationem in cler-
icum durior redi non videtur, ut adeo nulla ra-
tio sit prohibendi hanc alienationem.

TIT.

TIT. XLIII. DE ARBITRIS.

DE ARBITRIS.

Probandum.] In Germ. non opus est hoc casu electione arbitrorum, sed opponi quidem potest exceptio suspecti judicis coram eodem judge, quem tanquam suspectum recusare intendit litigator. Verum simul adiri potest superior, ut hic suspicionis causam cognoscat, & acta a judge suspecto vocet.

§. 3.

Non tolerabat.] Ob facilitatem compromittentium, & iterum pœnitentium; ut itaque ob viam eundum esset frequentia juramentorum temerariorum, imo perjuriorum. Sed jus can. admodum favens juramentis, & in Germ. juri rom. prævalens validum habet compromissum cum jurejurando initum, idque in Germ. facile potest tolerari, quia compromissa sunt rariora, utpote quæ plerumque ad multiplicandas potius lites, quam ad maturandam justitiae administrationem faciunt, nisi forsan in causis, quæ sola quæstione juris nituntur. conf. diss. sub meo præsidio habitam de cauto compromissi in arbitros usu.

§. 4.

Plena est.] Et quia in compromisso continetur transactio, haec autem alienationis species est.

Restri-

Restricta igitur facultate alienandi resticta quoque est facultas compromittendi.

Non possunt.] Quia personæ industria electa est, quæ non admittit vicariam operam.

Facultate.] Quæ tacite concessa est, quando compromittunt partes in personam, quæ ob statum suum nequit superesse cognitioni causæ. e. g. si in feminam compromissum.

Procedat.] Nam magistratus tunc tenetur ex compromisso partium decidere item; ita nimurum, ut partes

- 1) per compromissum præscribere queant modum quendam procedendi summarium, a judice observandum, imo ipsum hunc modum specialiter determinare; nec non
- 2) renunciare possunt remediis contra sententiam judicis alias competentibus, &
- 3) pro executione laudi facilius obtainenda pœnam conventionalem constituere possunt, ab eo solvendam, qui sponte laudo satisfactorius non sit, & quidem ita, ut nihilominus laudum servare debeat, quæ ut compromisso constituantur, utile & consultius est.

§. 6.

Trahendum.] Nam de his supra dictum, quod uno absente reliqui procedere nequeant.

Cum

Cum vero hoc admodum obstet celeri iustitiae administrationi, adeoque præsumitæ voluntati compromittentium aduersetur: hinc papa committentes putavit præsumendos, quod noluerint, ut ceteri arbitri procedant uno malitiose absente, ne hujus malitia protractionem litis efficiat, & compromissi vires evertat.

§. 7.

Exploditur.] Sed dubito, an papa ex hac causa dignus sit, ut explodatur. Nimirum res hoc redit: in arbitris voluntariis jus can. revera acqueivit in jure civ. romano. Sed in arbitris necessariis, utpote si eligendi fuerint ad cognoscendum de exceptione suspecti judicis ordinario iudici vel delegato opposita, tunc arbitri dissentientes sunt cogendi, ut supra arbitrum eligant; alias enim vix dabitur medium emergendi ex controversia. Minime ergo hoc generaliter de arbitris constituit jus canonicum.

§. 8.

De futuro.] Quin post concil. Trident. inter ipsos pontificios, & multo magis inter Protestantes de omnibus sponsalibus & transactio & compromissum valet, siquidem omnia sponsalia his juribus dissolubilia sunt, nisi forsan jure prov. quodam de sponsalibus non nisi consistorii autoritate transigi queat.

Patronatus.] Hoc enim consistit revera in reliquiis dominii, atque in dominio directo quodam

K

dam

146 LIB. I. TIT. XLIII. DE ARBITRIS.

dam in ecclesiam, adeoque est in patrimonio pri-
vatorum inter protestantes.

§. 9.

Servato.] Ut nimirum eodem processu de
lite cognoscant, quo coram judice ordinario fuisset
tractanda, nisi partes per compromissum paetæ
sint, quod causa summariter cognosci debeat.

Expressa.] i. e. non ad aliam causam, quam
de qua conceptum est compromissum, quia de
aliis causis partes non sunt paetæ.

§. 12.

Inefficax est.] Sed jure rom. ex alia ratione,
quam paectorum nudorum inefficacia ex laudo
negatur actio judicati ad laudi executionem, quia
scil. laudum pro sententia non habetur, nisi laudum
a partibus subscriptum vel homologatum,
i. e. decem dierum silentio confirmatum sit, quod
patet ex l. 5. C. h. t., & adde c. 2. X. h. t. Quapropter
consultum est, ut compromittentes per
compromissum expresse renuncient facultati pro-
vocandi a laudo arbitri, vel alia remedia contra
sententiam latam interponendi.

LIBER

L I B E R II.

T I T. I.

D E J U D I C I I S.

§. 1.

Executione.] Imo in Germ. & de jure can. executio pertinet ad ipsum ordinem judiciorum, adeoque ad ipsum processum. Cetera vero de constitutivis judicii exhausta jam sunt superioribus titulis.

§. 2.

Πρότερον.] Hoc in processu magis periculosum est, quam in aliis disciplinis, quia protractur non magis justitia, quam processu nulliter tractato.

Revocanda.] Sed hoc tunc saltem locum habet, si in forma essentiali, i. e. in iis, quæ tanquam substancialia per jus nat. præscripta sunt, aut in iis, quæ per leges positivas sub nullitatis pena restricta sunt.

Consignanda esse.] Unde processus in scriptis expediendus, isque in Germ. obtinet. Quia tamen celeritati administrandæ justitiæ valde obstat, hinc multi suaserunt, ut omnis processus orali propositione expediatur. Verum tanta mutatio, si subito fieret, periculosa esset, & vix possibilis, quamdui jurisprudentia forensis in Germ. tot tricis implicita est, ut pauci de omnibus causis e vestigio disceptare queant.

K 2

§. 3.

§. 3.

Canonicum.] Imprimis respectu Germaniae vel totius vel singularum provincialium jus commune provinciali latius patet. Scil. processus communis in Germ. consistit in ordine tractandi causas in judicio, quem suggestit jus nat., leges imperii, jura communia subsidiaria, canonicum scil. & romanum, illorumque jurium interpretationa & analogia, quamvis in foris saepe falsae interpretationes obtineant, & leges istae non semper rite observantur, quæ ordine justo requiruntur. Unde saepe confusio in processu oritur quam maxima.

§. 4.

Solennibus.] De his ita dicendum, quod solennia haec quidem non sint festivæ ceremoniæ, sed quia substantialia in ordine tractandi lites jure nat. quidem restricta sunt, attamen illud ordinem hunc non satis determinat, sed multum relinquit litigiorum arbitrio; hic vero vago arbitrio eorum tractandi lites admodum depravatur: opus fuit, ut lege positiva magis determinetur ordo, quamvis leges in hac determinatione aliquando securæ sint principia magis pseudo-politica, quam genuina.

Substantialia.] Qualia sunt perspicua actio- nis propositio, cuius in locum in processu inquisitorio surrogatur fundamentum inquisitionis rationabile; adversarii non sponte praesentis vocatio, responsio hujus pro statu controversiae for- mando,

mando, exceptionum admissio necessaria, negatorum probatio, litis decisio & executio.

§. 5.

Spectant.] Quin omnes quæstiones accessoriae litis principalis, vulgo incident-Punkte, huc referuntur.

Hodierno.] i. e. partim legibus imperialibus communibus, partim provincialibus scriptis vel non scriptis; quæ jura provincialia per diversas regiones valde discrepant. Icti enim valde dissentunt in recensendis speciebus causarum ordinariarum vel summariarum.

§. 7.

Contenditur.] Ita ut locus sit regulæ: wo kein Kläger ist, da ist auch kein Richter. Ita ut actor teneatur convincere reum de jure suo.

§. 8.

Judicium.] Imo & criminale de jure can. est vel seculare vel ecclesiasticum, tum quia dantur crimina ecclesiastica, præsertim ex mente juris can., quod multa finxit crimina spiritualia; tum quod inter Protestantes & pontificios in criminibus clericorum ad jurisdictionem superiorum non pertinentibus cognitio sit penes judicium ecclesiasticum; tum quod in ceteris criminibus in quibusdam locis inter protestantes & pontificios antea est degradandus, quam magistrui seculari tradatur; tum quod processus inquisitorius

sitorius in iudiciis ecclesiasticis obtineat in delictis,
quippe qui ex jure can. natus est.

¶ tractare sunt.] Nihil enim est, circa quod
moveri non posset quæstio de peccato vitando.
Unde omnia ad forum ecclesiasticum trahi pos-
sunt. Hoc vero evertit omnes magistratus secu-
lares, adeoque inter Protestantes non attendi-
tur. Nec melior est distinctio inter forum in-
ternum & externum, quasi hoc seculare, illud
ecclesiasticum sit; nam solæ internæ hominum
actiones ad magistratum plane non pertinent,
nec sunt objectum judicii; uti nec omnes actio-
nes externæ, sed illæ saltem, quæ justitiam stricte
dictam violant, ad officium magistratus perri-
nent. Ceteræ vero relinquendæ sunt doctrinis
& exhortationibus doctorum.

§. 10.

Manet.] Attamen quia remedia illa solum
suspensiva in Germ. sunt surrogatum appellatio-
nis, hinc multi dicunt Leuterungs-Instantz, &
affectiones appellationis seu secundæ instantiæ
applicant etiam ad leuterationem, similiaque re-
media solum suspensiva, nisi quod cognitio causæ
gravaminis non devolvatur ad superiorem.

K. P. G. C. P. R.

Wie die Processe in dem Consistorio sollen vor-
genommen und es damit gehalten werden, da-
von disponirt die Consistorial - Ordn. von 1573.
Nach dem Cod. Frid. P. III. Tit. 2. §. 17. sind
dieje-

diejenige geistliche Civil-Sachen, welche vormals
beym Consistorio tractirt worden, in specie die
Ebe-Sachen, (Exceptionem vide ex Rescripto de
n. Jan. 1769. ad Lib. IV. Tit. 7.) Absezung der
Prediger, Delicta der Geistlichen &c. dem Cam-
mer-Gericht, (überhaupt denen Ober-Landes-
Justiz-Collagiis. Jedoch in Westphalen haben
die Magistrate und Stadt-Gerichte zu Herforth
und Bilefeld; in Schlesien die Stadt-Gerichte zu
Breslau; in Ost- und West-Preussen sämmtliche
Amts-Justiz-Collagia und Land-Voigtey-Ge-
richte; in Halle die Universität, in Ansehung
derer ihrer Jurisdiction unterworfenen Personen,
cognitionem in Ebe-Sachen, nach dem Rescript
vom 2. Maii 1770.) beygelegt: daher alle geist-
liche Personen, als Prediger, Schul-Meister
und Küster, item alle pia Corpora, wenn es zur
Contradiction, oder einen ordentlichen Procesß
kommt, vor dem Cammer-Gericht, und dessen
zweyten Senat, oder überhaupt vor dem Ober-
Landes-Justiz-Collgio, mithin auch nach des-
sen Procesß-Ordnung, Recht nehmen. Die causæ
mere ecclesiasticæ aber, als die Examina und
Ordinationes derer Prediger, Abnahme der
Kirchen-Rechnungen, Beforgung der Kirchen,
Hospitäler, und anderer piorum Corporum blei-
ben bey dem Consistorio. Wenn es aber auch
in diesen Sachen zur Contradiction kommen,
und ein Verhör darüber anzusetzen nöthig seyn
sollte, so muss das Consistorium die Sache sofort
von sich ab, und an den zweyten Senat des
Cammer-Gerichts verweisen. Alfo auch, wenn
ein Magistrat, oder einer von Adel, in Causis
mere ecclesiasticis sich auf besondere ihm zufte-
hende Jura beruft, so kann das Consistorium
ebenfalls nicht mit mandatis pœnalibus verfah-
ren, sondern muss, im Fall es das prætendire

Recht nicht gegründet hält, die Sache an das Cammer-Gericht, Regierung &c. verweisen, und daselbst per Fiscum Consistorii mir ihm ausmachen lassen, nach dem *Visitations-Abschied der Magdeburgischen Regierung* §. 25. im Anhange zum Cod. Frid. pag. 100. Uebrigens sagt zwar *Cod. Frid. alleg. loco*, dass es sich von selbst verstehe, welcher Gestalt die *Geistliche und andere Kirchen-Bediente* in causis & delictis mere civilibus vor jedem Jurisdictionario des Orts, wo die Kirche steht, gehören; allein hiervon ist durch die *Rescripta vom 21. September 1752.* und *22. Jun. 1753.* folgende Declaration gegeben; dass Cod. Frid. bloß von denen von Adel und *Privatis bestellten Kirchen-Bedienten*, von Schul-Meistern und Küstern zu verstehen; die *Prediger* aber in allen Sr. Königl. Maj. Landen unter die Eximire gerechnet werden sollen. Siehe auch *Rescript vom 23. December 1757.* welches die vorigen Verordnungen verstärkt, auch wegen der *Rectorum, Cantorum*, dass solche nicht unter den Ober-Justiz-Colligiis stehen. Jedoch soll nach dem *Rescript vom 23. April 1759.* diese den Privatis über die Küster und ähnliche Personen zustehende Jurisdiction dieselbe nicht zu Erhebung des *Abschusses* von ihrer Mobiliar-Verlässenschaft (ein anders ist, von Immobilien,) berechtigen. Dem Magistrat zu Berlin steht auch die Jurisdiction über die von ihm vocirte Prediger, in so ferne sie nicht Consistorial-Räthe, oder Pröbste sind, zu; also auch die Direction der Vormundschafts-Sachen wegen dergleichen Prediger-Pupillen. *Rescript vom 2. September 1771.* Wegen derer *Instantzien in Consistorial-Sachen* siehe bey Lib. II. Tit. 28. Notetur etiam das *Patent*, betreffend die Einrichtung des geistlichen und weltlichen Justitz-Wesens in den bishero von der Crone Pohlen

Pohlen besessenen und nunmehr von Sr. Königl. Maj. in Preussen in Besitz genommenen Lande *Preussen und Pommern*, wie auch den bishero zu Gross-Pohlen gerechneten Districten disseits der Netze vom 28. September 1772. wie bey Processen zwischen Administratores pitorum corporum und die pia corpora selbst verfahren werden solle, davon ist *Cod. Frid. P. IV. Tit. 8. §. 39.* zu confiriren. Unter die *Armen-Sachen* können die Kirchen und andere pia Corpora, (die reformirte Kirchen-Sachen ausgenommen,) nicht gerechnet werden, sondern sie müssen, wenn Acta mit der Post verschickt werden, porto bezahlen. *Cod. Frid. P. III. Tit. 4. §. 28.* sind auch *nicht Sportul-frey. Resolution vom 31. Martii 1752.*

TIT. II.

DE FORO COMPETENTE.

§. I.

Ecclesiastica.] Forum competens idem est, ac judex competens. Forum enim tropice sumitur pro judice. Itaque forum ecclesiast. est idem, ac judex ecclesiasticus. Perrinet enim ad judicem ecclesiasticum cognitio de personis, rebus & causis ecclesiasticis; adeoque in his omnibus judex ecclesiasticus forum competens constituit. Ex adverso ad judicem secularem pertinuer cognitio de laicis conventis de re & causa seculari. Inter Protestantes in plerisque locis utriusque fori differentiam esse retentam, diximus lib. I. tit. 28.

K 5

Assum.

Affumta.] Quemadmodum jus can., quæ spiritus, i. e. animæ humanæ respectum quendam habere dicuntur, pro spiritualibus haber, ita in eodem clero majori in ecclesiam imperium exercenti jurisdictionem tribuit. Quæ si jungas cum ḡpho 3., ed̄ redeunt, quod jure can. causæ ecclesiastice sint omnia negotia, quæ cleris major sub prætextu peccati vitandi seu animæ salutis vult & juber esse ecclesiastica. Inter Protestantes hæc principia exulant. Attamen quia consistoria ad exemplum consistoriorum pontificiorum instituta sunt, hinc nonsolum clerici foro ecclesiastico subsunt, sed etiam negotia ecclesiastica, i. e. quæ cultum divinum externum concernunt, quatenus respectus justi in illa cadit, imo & res ecclesiastica, i. e. quæ immediate aut mediate constitutæ sunt cultus divini externi causa. Ex reliquiis tamen juris can. causæ quendam aperte seculares ad consistoria pertinent, exemplo eorum, quæ no. 1. & 2. §. seq. habentur.

§. 3.

Evangelica.] Quæ in eo consistit, ut secundum leges reipubl. rite condemnatus per omnes instantias, aut per rem judicatam, adire queat episcopum, eique exponere, quod adversarius, licet in foro seculari rite existiterit viator, nihilominus in peccato versetur, & æternæ salutis iacturam faciat, adeoque per episcopum metu excommunicationis proposito compellendus sit,

ut

ut contra rem jud. & leges seculares a jure stricto remittat peccati vitaudi causa; quæ res inde nomen habet, quod sacra scriptura indigit, quod si quis frater contra fratrem quid habeat, hic vero fratrem non audiat, id dicendum sit ecclesiæ, ac si hanc non audiat, haberi possit pro publicano & peccatore. Sed hoc pertinet ad eversionem legum & jurisdictionis magistratus secularis, & miscet imperfectam obligationem cum perfecta, & minime ex cit. dicto fluit.

§. 6.

Civili.] In judicem secularem. Quæ thesi juris can. pro fundamento habet, quod clericis sunt spirituales, laici vero carnales, adeoque de spirito Dei nihil percipient, & homo spirituali omnes judicet, a nemine vero judicerur. Adeoque de tota ecclesia male judicare credatur, quæ subjicit judicio laici, quas rationes evangelicæ non attendunt.

§. 7.

Excent.] Quemadmodum enim jurisdictionis patrimonialis in rusticos germanicos est ex antiqua potestate dominica in eos, ita quoque in eos fundator ecclesiæ in dorem dedit ecclesiæ dominium. Indeque jurisdictionis patrimonialis cessat tanquam pars dominicæ potestatis, cuius administratio penes parochum est.

Prorogare.] Si modo prorogatio voluntaria in universum conveniret jurisprudentiæ germanicæ, de qua re in Digestis dicendum.

§. 8.

§. 8.

Subire.] Scilicet per procuratorem.

Sitæ.] Tanquam forum speciale, quod exceptionem constituit a foro generali.

Provocantur.] Provocatio enim ex lege diffamari & ex lege si contendat instituitur in foro provocantis, cum hic in lite principali, ad quam alterum provocat, fiat reus.

§. 9.

Consistoria.] Quia consistoria Protestantium ad exemplum consistoriorum catholicorum constituta, quæ jurisdictionem criminalem stricte dictam, was an Hals und Hand, oder Haut und Haar gehet, non habent ex antiquo principio: ecclesia horret sanguinem.

Committitur.] Si clericus in singulari dignitate sit, ita ut propterea Regimini seu dicasterio provinciæ immediate subsit, e. g. consiliarius, superintendentis, inspector. Alias enim inquisitio pertinet ad magistratum in loco delicti commissi jurisdictione criminali instructum.

§. 10.

γ.] in 6to.] Qui textus tanquam unicum præsidium hujus juramenti allegatur, cum alias reliqui textus juris can. præcise desiderent allegationem & probationem causarum suspicionis. Attamen nec ex hoc textu juramentum illud perhorrescentiæ deduci posse, ex eo patet, quod totus textus de exceptione suspecti judicis plane non

non tractet, sed tantum de loco, in quo delegati sedis apostolicae in partibus dandi seu dati causam controversam cognoscere debeant, ac de casu loci istius non satis tuti ex singularibus istius temporis rationibus; de qua re plura dixi diff. de ejuranda ejeratione bonae spei, seu exiguo usu juramenti perhorrescentiae adversus judicem. Contra quam differt. disputavit LEYSERUS praeside Dno. BROKES de usu juramenti perhorrescentiae in foris Saxoniae. Cui respondi in Vindictis dissertationis de ejuranda &c. Adde ADRIANI BEYERI diff. de usu juramenti perhorrescentiae in foris Saxon., AYRERI diff. de recusatione judicis. CALII diff. de recusatione judiciorum imperii.

K. P. G. C. P. R.

Sachen, so nicht über vier Thaler in *Puncto der Kirchen-Redituum, und Kirchen-Stände betreffen*, sollen vom Consistorio abgewiesen werden, und Magistratus Loci darinnen erkennen. Verordn. vom 6. Jun. 1683. Das Rescript vom 20. November 1696. besagt, dass die Sachen, wegen der Kirchen-Stühle, und in Puncto injuria rum, auch cause civiles wider die Prediger, nicht vor das Consistorium gezogen, sondern der Magistrat in prima Instantia die Cognition hierinnen haben sollen. Auch ist die Verordn. vom 9. April 1736. wegen der Criminal-Sachen, so bey dem Consistorio tractirt werden &c. &c. item wegen Injurien und Ehe-Scheidungs-Klagen hiebey zu bemerken. Innhalts Rescripti vom 9. December 1774. sollen nur diejenigen Ehe- und Sponsa-

Sponsalien-Sachen zu dem eigentlichen Foro matrimoniali gehören, wenn de ipsa matrimonii substantia & vinculo eoque sive contrahendo, sive continuando, sive denique dissolvendo gestritten wird; wohingegen, wenn in Sponsalien-Sachen auf die Vollziehung der Ehe selbst nicht geklagt wird, oder nach dem *Edict vom 8. Febr. 1770.* (siehe bey Lib. IV. Tit. 2.) darauf nicht geklagt werden kann, sondern etwa blos ein Quantum pro defloratione, imgleichen die Erstattung der verwandten Tauf- und Entbindungs- auch Begräbniss-Kosten des erzeugten Kindes gefordert, oder ad alimentandum & educandum partum Klage erhoben wird; ferner wenn nach erfolgter Ehe-Scheidung der eine oder der andere Theil sein ihm zugehöriges oder inferiertes Vermögen zurück fordert, oder, wenn bey erkannten Divortio der eine Theil in die Strafe der Ehe-Scheidung verurtheilet worden, und es zu Bestimmung deren Quantität auf die Ausmittelung des Vermögens des schuldigen Theils ankommt, die Sache zu dem Foro ordinario des Beklagten gehört, und dahin zu verweisen ist. Mehrers vom foro siehe bey Tit. præc. Nach dem *Rescript an das Cammer-Gericht de 2. Maii 1776.* soll der Universität zu Halle die Gerichtsbarkeit in Ehe-Sachen fernerhin verbleiben.

TIT. III.

DE LIBELLI OBLATIONE.

§. 5.

Excusatur.] A contumacia, ejusque accusatione & pena; siquidem accusationi contumaciæ opponitur exceptio loci non tuti; quæ tamen magis

gis ad medium ævum pertinuit pace publica nondum constitutâ, quam ad præsens tempus, nisi in loco judicii graffetur morbus pestilens, vel bellum.

Accipitur.] Quod non fatis tutum, quia facile occasionem dat quæstioni incidenti. Adeoque tutius est, ut aut foribus affigatur citatio, aut edictalis fiat, nisi forsan personæ dignitas aut aliae circumstantiæ aliud suadeant.

§. 6.

Præventionem.] Quæ maxime in eo consistit, quod reus coram judice pristino citante nihilominus causam, ad quam citatus est, dicere debeat, quamvis mos post insinuationem citationis aliud sortiatur forum.

§. 8.

Summario.] Si causa simul concernat reum in dignitate non constitutum, & rem exigui momenti. Alias in scriptis proponi debet actio.

Effent.] Dum partim inepte formarentur articuli, partim vero reus multa exciperet de ineptitudine libelli articulati. Unde rec. imp. de ao. 1659. jussit, ut libellus sit simplex, i. e. periodica connexione proponatur actio, stilo epistolico-historico, quamvis parum aut nihil modo emendatum sit, quia & hoc modo facile ineptus fieri posset libellus, aut ineptitudinis argui a reo.

Brevi-

Breviter.] Abstineendum enim a circumstantiis irrelevantibus, quod inde judicandum, si ex circumstantiis quibusdam nec actionis genus, nec quantitas futuræ condemnationis dependat. Alias enim circumstantia ex libello omitti non debet.

§. 9.

Constituit.] A qua differt causa petendi remota seu specialis, quæ consistit in allegatione tituli & modi. Unde jus in re & actio realis actori competit. Evidem consulum est aliquando addere causam petendi remotam, quamvis id non requiratur ex necessitate absoluta ad libelli aptitudinem.

Compatibilis.] Incompatibilis sunt

- 1) quæ diversum processum requirunt,
- 2) quæ contradictione sunt, ut altera alteram excludat.
- 3) pro incompatibilibus habentur, quæ de objecto eodem dantur ad idem petitum tendentes, quasi tunc idem bis peteretur. Attamen duobus posterioribus in casibus licet actiones cumulare alternative.

§. II.

Concedenda.] Hæc omnia supponunt, quod mutatio ante lit. - cont. & emendatio libelli frustaneas adversario non efficiat expensas, quod tamen utrumque falsum est. Unde dicendum potius,

potius, quod mutatio & emendatio tam ante quam post L. C. permittatur, sed ita, 1) ut adversario restituantur sumptus frustra causati, & 2) si inde non fiat fraus juri quæsito alteri parti vel ex pacto vel ex re judicata.

K. P. G. C. P. R.

Conslt. Ordin. von 1573. von der Citation. *Codex Frid. P. III. Tit. IX. §. 13.* sagt: dass auch die Citationes und Befehle, da verschiedene Kirchen - Vorstehere, und Provifores der Schulen, Hospitäler, und anderer piorum Corporum zugleich bestellt wären, nur einem allein insinuirt werden dürfen, und dieser gehalten sey, folche seinem Neben - Mann, sub eadem comminatione, zu communiciren.

TIT. IV.

DE MUTUIS PETITIONIBUS.

§. I.

[*Incompetente.*] In Germ. reconventio maxime duplii modo locum habet, scil.

- 1) si actor extraneus sit, hic in causa, quam reus contra eum mutuo intendit, tenetur reo suo respondere in foro eodem, in quo reum convenit vi prorogationis necessariae jurisdictionis. Deinde
- 2) locus est reconventioni, etiamsi actor & reus ejusdem fori sint, ita ut extra Saxon. quo-

L

quo-

quoque reconventio simultaneo processu tractari queat cum causa conventionis, si nimirum reus excipiendo tale quid proponat, unde nonsolum actorem submovere potest, sed præterea adhuc ab actore aliquid sibi præstandum exigere potest.

§. 2.

Moveri queat.] Cum reus actori ad conventionem respondere non teneatur, nisi hic quoque reconventioni respondeat. Sequitur ergo, quod commissarii implicite habeant delegatam cognitionem de reconventione.

Habeat.] Si modo in foro ecclesiastico agatur. Cum enim judex secularis in causa ecclesiastica jurisdictionem non habeat, eadem prorogari nequit in non-subditum.

Ademta est.] Recriminatio & reconventio ab accusato de crimen publico vicissim mota contra accusatorem ob crimen aliquod publicum huic imputatum. Quæ recriminatio prohibita est ob suspicionem, quod accusatus reconventionem calumniosam intendat, & ne reddat accusationem difficultem, ita ut accusator inde facile deterreatur ab accusatione. Exceptus tamen est casus, si quis suam suorumve persecutur injuriam.

§. 3.

Ante L. C.] In Germ. sufficit, si proponatur in eodem scripto cum litis-contestatione, quia

quia initio contra reconventionem reus oppo-
nere solet exceptiones dilatorias, quibus imme-
diata subne~~c~~titur litis-contestatio, & huic ite-
rum immediate subjiciantur peremptoriae, ut adeo
sufficiat, si cum his quoque nostra jungatur re-
conventio.

Processu.] Hoc ita temperandum, quod
nequeat quidem tractari in iisdem scriptis cum
conventione. Nihil vero impedit, quominus
tractari queat eodem tempore cum conventione,
si modo proponatur in scriptis separatis, adeo
que judicio tractetur separato. Tunc enim evi-
tatur ratio, ob quam processus simultaneus ne-
gatur, scil. confusionis metus; nec ulla adest
ratio, quae efficit, ut reconventio differenda sit
usque ad finem causæ conventionis.

Instantia.] In illo scil. casu appellationis
extrajudicialis, si hæc interponatur a gravamine
extrajudiciali ab adversario illato, quæ appellatio
est provocatio adversæ partis ad agendum.

Restituerit.] Et reconvenienti obstat re-
gula: spoliatus ante omnia restituendus est,
adeoque antequam reconventioni tenetur re-
spondere.

TIT. V.

DE LITIS - CONTESTATIONE.

§. I.

Tenetur.] Evidem reus a~~et~~ori responden-
do aut

L 2

1) item

- 1) litem contestatur, i. e. declarat, quid ex actione verum & falsum sit, & sic, quid neget, quidve affirmet; aut
 - 2) excipit, i. e. allegat momenta ab actoris facto diversa ad intentionem ejus excludendam.
- α) ad tempus, unde dilatoriæ, vel
 β) in perpetuum, unde peremptoriæ, sive
- 1) in totum, sive
 - 2) in tantum.

§. 2.

Amplius est.] Nimirum in Germ. per rec. imp. de ao. 1654. statim in primo termino omnes dilatorias sub poena præclusionis proponere, & eventualiter litem contestari debet reus.

Tangunt.] i. e. quæ ipsum jus actoris revertunt vel in totum vel in tantum, utpote quæ simul sunt peremptoriæ indeque mixtæ dicuntur, ut tam inter dilatorias quam peremptorias proponi queant & soleant, e. g. ordinis, divisionis, excussionis, cedendarum actionum, competentiæ, non competentis actionis.

§. 3.

Sublatæ.] Ut pote per jusjurandum vel renunciationem litis. Exceptio enim litis finitæ est, qua reus adstruit, litem hanc jam antea esse finitam, nec ergo resuscitandam. Unde & hæc exceptio

ceptionio contra naturam ordinariam peremtoria-
rum ante L. C. proponi potest, siquidem alias
nullus esset litium finis. Perperum vero ex
communi opinione ad litis ingressum impedien-
tes referuntur omnes peremtoriae, quae in con-
tinenti liquidæ essent, cum plerumque incer-
turn sit, quid sit in continenti liquidum, & pro-
cessus hoc modo valde turbetur. Plura dixi
diff. de exceptionib. litis ingressum impedienti-
bus justitiae impedimentis.

§. 5.

*Animo contestandi.] i. e. litis - contestatio
solennis in processu ordinario necessaria consistit
in foris Germ. in tali responsione Rei ad libel-
lum, qua se directe declarat, quid ex factis ab
auctore propositis verum sit, vel non, quidve inde
fateatur reus vel non.*

§. 6.

*Litis - contestationem.] Per exceptiones
enim saltem indirecte respondeatur auctori, adeo-
que non sit litis - contestatio secund. dicta §. 1.
& 5. Hinc pronunciatur, das Bekl. Einwen-
dung ohngeachtet categorisch mit ja oder nein
auf jeden Klage - Punkt sich einzulassen schuldig.
Es werden ihm aber seine Exceptiones nach der
litis - contestation zerstörlicher Weise an- und
auszuführen vorbehalten. Unde neque ex pe-
remtoriais exceptionibus colligenda est confessio
actionis, quamvis videantur contradictriae cum*

L 3

nega-

negatione actionis. Sæpe enim apparet saltem est contradicatio, & quamvis vera sit inter negationem actionis & exceptionem, adeoque alterutra sit calumniosa, non tamen constat, quæ talis sit,

Dicitur.] Etenim per positiones de jure can. & in Germ. extra Saxon. suppleri debet defectus litis - contestationis accurate, & status causæ redigi in ordinem in processu confuso per indirectam & generalem contradictionem mutuam litigatorum,

§. 7.

Panderetur.] Alteram causam positionum vid. §. 9. tit. 6. Præterea extra Saxon. alicubi adhuc in alium finem adhiberi solent positiones, quamvis perspicue responderit adversarius, & sic status controversiæ satis sit formatus. Nam si quis adversario juramentum litis decisorum deferre velit super quibusdam momentis, hoc in positiones conjicere solet, ut obviam eatur tricus, quæ solent oriri circa formulam juramenti in termino,

§. 9.

Desiderari.] Pro aliquali formatione status controversiæ. Atamen indirecta hæc responsio in causa est, cur processus summarius confusior esse soleat, quam ordinarius. Qui ergo celerem justitiae administrationem curat in processu summario, ille sponte adhibere potest directam litis-

litis - contestationem, licet actor eandem non ur-
geat.

Coercendam.] Huc non adeo faciunt posi-
tiones, præsertim si juramentum respondendo-
rum tanquam juramentum calumniæ desidere-
tur, quod exigui usus est. Adde, quod secun-
dum §. 8. illud æque ac responsio ad positiones
per procuratorem possit præstari, qui tamen te-
mire negando non erubescit. Potior usus est,
quod extra Sax. in multis locis non adeo curæ
habeatur dispositio recessus imp. de ao. 1654.,
litis - contestationem directam & specialem re-
quires. Unde per confusam reorum respon-
sionem processus admodum confunditur, &
vix supereft medium emergendi ex confusione,
quam ut

- 1) acta, prout jacent, transmittantur, aut
- 2) formatis positionibus causam redigant in
ordinem. Cetera vide dicta §. 7.

TIT. VI.

DE LITE NON CONTE- STATA &c.

§. I.

Nuda est.] Vel saltem processus inde admo-
dum confunditur, præsertim si a parte Rei te-
stes offerantur. Ad minimum principalis causa
definiri nequit, licet testes de facto controverso

nihil probaverint, sed melior adhuc indulgenda est probatio, factâ litis-contestatione, præsertim cum a probatione neutra pars præcludi queat, quoisque nullus terminus peremtorius probatorius præfinitus; hic vero præfiniri debet per sententiam interlocutoriam, & a momento rei jud. sententie interlocutoria super litis-contestatione latæ incipit demum terminus probatorius peremtorius.

§. 2.

Incidente.] Si scil. in partem præparatoriæ & præliminarem punctum incidat; si quæstio litis accessoria incidat, 1) vel de veritate exceptionis dilatoriæ cujusdam, aut replicationis contra illam, aut 2) de excusatione consumacæ, e. g. de veritate legitimorum impedimentorum.

Mala.] In omni processu summario licet actori ante actionem motam petere examen testimoniū, eorumque dicta jungere libello; & reus statim poteſt cum exceptionibus offerre redemonstrationem, die Gegen-Bescheinigung.

Inquisitorie.] Nam ad inquisitionem specialem, & sic ad responsionem Rei ad Articulos inquisitionales, quæ loco litis-contestationis est, procedi nequit, nisi de corpore delicti constet, & judicia contra reum adsint, quæ ex testimoniū effatis desumi debent.

§. 3.

§. 3.

Servato.] i. e. ut omnia rite observentur, quæ pertinent ad probationem in processu ordinario, nimirum ut articuli probatoriales exhibeantur judici, & adversario communicentur ad formanda interrogatoria, testes in judicio producantur, citato adversario ad videndum produci & jurare testes, & ut jurejurando constringantur in judicio testes, eorumque examen in rotulum redigatur & obsignetur, usque dum causa in illum statum processus deducatur, ut attestations publicari queant citato adversario.

TIT. VII.

DE JURAMENTO CALUMNIÆ.

§. 1.

Generale.] Cujus summa eo redit, quod uterque litigator credat, se bonam habere causam, quod nihil contra conscientiam negare velit; aut suscipere litis protrahendæ causa; quod si in progressu litis certior fiat, se malâ uti causa, cedere velit; quod judicem nec corruperit, nec corrupturus sit. Sed quia experientia docuit, hoc jusjurandum exiguos habuisse effectus, in plerisque locis id extra usum est.

§. 4.

Speciale.] In nonnullis tamen locis, utpote in Westphalia, sub juramento calumniæ specialis

L 5 revera

revera litigatores intelligunt juramentum litis de-
cisorium a parte parti delatum. Solennis enim
ferme in deferendo juramento ibidem occurrit
formula advocatorum: Ich fordere hierüber
von Gegnern das juramentum calumniæ seu
malitiæ.

TIT. VIII.

DE DILATIONIBUS.

§. 2.

Pofit.] Tanquam a gravamine extrajudiciali.
Vel etiam licet coram superiore conqueri de ju-
stitia denegata.

Queunt.] Nisi forsan lex spatium aliquod
actui judiciali a partibus peragendo præcise præ-
scriperit sub pena juris amittendi, quod dicunt
fatale conceditur. Sed in foris Germ. id vix
observatur, quia etiam solennitas plus temporis
consumieret, quam dilationis concessio. Hinc
potius secundam & tertiam prorogationem judi-
ces concedunt sine causæ cognitione, ita tamen,
ut tertiae prorogationi addant clausulam *pro
omni.*

K. P. G. C. P. R.

In Sachen, die *Salaria der piorum Corporum*
und derer Geiflichen betreffend, ist nach dem
Cod. Frid. P. III. Tit. 19. §. 14. n. 5. eben also,
gleich wie in Aliment- und Zinsen-Sachen, die
erste

erste Citatio schon præclusiva, und der erste Terminus præclusivus, daß mithin keine Dilatation verstattet, sondern darin so fort in Contumaciam verfahren werden kann.

TIT. IX.

DE FERIIS.

ad §. I.

Vacui.] At non omnes feriæ sunt prorsus vacuae a strepitu judiciali, sed nonnullæ quibusdam saltem subditis competunt. Feriæ sunt potius tempus vacationem tribuens a negotiis judicialibus. Evidem si judicia feriarum tempore sint clausa, omnibus subditis vacationem tribuunt a negotiis judicialibus, & dicuntur Canzley-Ferien, Gerichts-Ferien. Alias vero illis saltem prosunt, in quorum gratiam feriæ introductæ sunt.

Vespera.] Quod originem debet antiquis christianis, qui ad meliorem celebrationem festi imminentis sese præparaturi incidentibus vigiliis nocturnis conveniebant in ædibus sacris suis per noctem integrum. Quia vero vigiliæ hæ in abusum degenerarunt, rejectæ sunt hæ præparationes christianorum in præcedentem vespeream, & sacrae ædes ocluse sunt per noctem. Ideo que dies festi computari cœperunt a momento, quo campanâ signum datur ad vespeream celebran-

brandam; quæ computatio in eo usum habet,
quod

- 1) inde dependeat acquisitio reddituum canonici debitorum ex die quodam festo, utpote qui canonico cedunt, si modo vixerit sub primo pulsū campanæ ad vesperam dantis signum; alias vero redditus pertinent ad successorem; &
- 2) quod in vespera abstineatur a negotiis publicis lætitiam secum habentibus, utpote a spectaculis, nuptiis &c.

§. 2.

Calendaria.] Cum enim in his determinetur dimensio politica temporum necessario observanda a subditis; & præterea festi dies constituantur, ea omnia autem a summo imperio dependeant: hinc quoque calendarii constitutio & emendatio pertinet ad jura summi imperii. Et quemadmodum inter Pontificios jus constituentि ferias divinas per universam ecclesiam, ita quoque calendarii constitutio cum jure circa sacra Papæ vindicatur, quas causas autem inter Protestantes ad magistratum secularem referunt. Ergo quoad totum Imperium Imperatori & Statibus imp. competere debet, si modo per principia religionis pontificiae catholicæ competere possit; in singulis territoriis autem ad dominum territorii pertinet. Eaque causa est, cur Status Evangelici noluerint calendarium Gregorianum

acce-

acceptare, sed confecerint calendarium novum,
den verbesserten Calender. conf. ad hæc CRES-
SII a KRESSENSTEIN schediasma de eo,
quod justum est circa festum paschatos.

§. 3.

Obtrudere.] Utpote quod nonsolum liber-
tati conscientiæ adversum esset, verum & infer-
ret damnum in re familiari, cum in feriis divi-
nis a negotiis humanis vacandum, & tamen cau-
tius vivere soleant homines. Quibus ergo to-
lerantia necessaria debetur, illis obtrudi nequeunt
feriae divinæ religionis dominantis, nec imperari
potest, ut ab opere cessent. Neque ergo Pro-
testantes tenentur cessare ab opere in feriis Pon-
tificiorum; quamvis princeps curare queat, ne
illi strepitu turbent sacra pontificiorum publica.
Quibus vero saltem gratioſa tolerantia concedi-
tur a superiore, illis quoque dari potest hæc lex,
ut in feriis divinis religionis dominantis cessent
ab opere seculari.

§. 4.

Suadeat.] Potius solum in casu necessitatis
extremæ, ita ut periculum singulare in mora sit,
in feriis divinis judicialia negotia peragi possunt.
Vix enim est pietas, quæ extra casum necessita-
tis cultui divino contraria sit.

Nulla.] Ita ut nequidem die proximo juri-
dico comparere teneantur.

Huma-

*Humanis.] Si modo judicia non sint clausa.
Alias renunciare nequeunt partes feriis humanis.
Ubi vero extremum in mora est periculum, ibi
etiam in feriis humanis causae cognoscendæ sunt,
ut vel extraordinarius confessus instituatur judi-
cialis, vel vota per satyram, Umlauf, colli-
gantur.*

K. P. G. C. P. R.

Wegen der Sonntags - Feyer siehe Edict vom 28. October 1711, auch 10. Febr. 1715. und Declaration vom 18. Aug. 1718. Desgleichen in Ost - Preussen Edict vom 24. December 1675. 22. Febr. 1676. 28. December 1677. 11. September 1700. 12. Jun. 1704. 12. Aug. 1706. 23. December 1710. 28. October 1711. 18. Aug. 1718. Desgleichen im West - Preussischen aber das Publicandum vom 4. Martii 1715. Wegen Feyerung des Johannis und anderer Feste siehe Verordn. vom 26. Januar. 1697. Wegen Feyerung des Char - Freytags mit 2. Predigten, und wie es mit dem Johannis - Fest zu halten, Verordn. vom 13. Martii 1696. Ueberhaupt aber, welche Fest - Tage hinführro gefeyret werden sollen, davon siehe Edict de 12. Mart. 1754. und 28. Januarii 1773. Wegen Abchaffung des Umgebens des heiligen Chrifts, Verordn. vom 17. December 1686. Wegen Abstellung der Fastnachts - Spiele, Edict de 4. Febr. 1659. und Rescript de 8. Febr. 1670. Von Verlegung der Jahr - Märkte, so sonst am Sonntag gehalten worden, Edict de 22. Febr. 1676. Wegen Feyerung des Oster - Fests, und andern davon abhangenden Fest - Tagen bey der in anno 1744. sich ereigneten Differenz des verbesserten und Gregorianischen Calenders in den Grenz-

Grenz-Kirchen Crossner Diœces und in Schlesien, *Rescript vom 14. Martii 1744.* nebst Beylagen. In der Advent- und Fasten-Zeit sollen sich die Juden, so, wie die Christen, aller Music bey ihren Hochzeiten enthalten, *Circul. de 25. Febr. 1762.* Und bey dem SCHEPLITZ in Consuetud. Brandenb. Lib. II. Tit. III. ist überhaupt zu befinden, dass die von Adel schuldig sind, über die Ordnung wegen Besuchung der Predigten zu halten.

TIT. X.

DE ORDINE COGNITIONUM.

§. 2.

Spolii.] Hoc eatenus verum est, ut scil. pertineat ad præjudiciales exceptiones, quatenus ex spolii exceptione depender, quis lite pendente possidere, & ab onere probandi immunis esse debeat, & quatenus per regulam: spoliatus ante omnia restituendus, litis-contestatio excluditur.

§. 3.

Decidenda.] e. g. si actor reum conveniat injuriarum ob furtum ab hoc illi imputatum, de quo tamen indicia adsunt, & denunciatio facta judici criminali. Tunc enim inquisitio ante omnia terminari deber, & potest reus injuriarum antea agenti exceptionem præjudicialem primùm instituendæ & finiendæ inquisitionis opponere, cum hinc dependeat, an actioni injuriarum locus sit, vel non.

TIT.

TIT. XI.

DE PLUS - PETITIONIBUS.

§. 2.

Ab instantia absolvitur.] Formulâ, dass Bekl. noch zur Zeit auf die Klage, immassen sie angebracht, sich einzulassen, und zu antworten nicht schuldig; Kläger hingegen die verursachte Unkosten nach deren Liquidation und Richterlicher Moderation Beklagten zu ersetzen verbunden.

TIT. XII.

DE CAUSA POSSESSIONIS ET PROPRIETATIS.

§. 1.

Processu.] Etenim si plures diversum modum procedendi requirunt, in uno eodemque libello proponi nequeunt, quia altera alterum confundeleret & retardaret.

§. 2.

Intendimus.] Nimurum ut una actione forsitan non probatâ ex altera rem impetremus, & sic evitemus, ne de eadem re bis agendum sit, nec tamen per duas actiones eandem rem bis petuisse videamur, e. g. hereditatis petitio cumulari potest cum rei vindicatione, si nesciamus, an reus pro herede, an pro possessore, an titulo singulari possideat.

§. 3.

§. 3.

Recuperande.] Nam retinendæ possessionis remedium contradictorium videtur, adeoque incompatibile cum petitorio; nam hoc datur non possidenti, retinendæ possessionis vero datur possidenti.

Possidenti.] Imo in aliis quoque causis qui in possessorio retinendæ summarissimo succubuit, & ad possessorium ordinarium procedit, cum hoc alternative petitorum cumulare potest; adeoque nulla contradictione vera subsist. Possessorium vero summarissimum sive adipiscendæ sive recuperandæ, sive retinendæ possessionis non potest cumulari cum petitorio ob diversum procedendi modum possessorii istius & petitorii.

§. 4.

Liquet.] Si nimurum utraque pars satis audit sit tam de petitorio, quam de possessorio, & sic utraque pars non de possessorio solum, sed etiam de petitorio disceptaverit. Aliud vero est, si de possessione agens vel excipiens non responderit adversario ad questionem de petitorio, wenn er sich auf das petitorium nicht eingelassen. Invitus enim ad id cogi nequit de possessione vel agens vel excipiens, antequam possessio prorsus evacuata sit, uti dicunt.

M

TIT.

TIT. XIII.

DE RESTITUTIONE SPOLIATORUM.

§. 1.

Dedit.] Nimirum recuperandæ possessionis remedium repetitur imprimitis ex jure rom., & quod illud habet de interdicto Unde vi. Attamen interdictum hoc admodum restrictum fuit, ex specialibus principiis juris romani antiqui, quæ maxime sequioribus temporibus cessarunt. Unde commentatores canonistæ & ipsum jus can. ex æquitatis ratione remedium recuperandæ possessionis valde extenderunt, & dixerunt die Spolienglage. Adeoque hoc remedium ex solo jure rom. dijudicandum non est.

§. 2.

Conjugii.] Utpote si maritus uxorem expellat, & alimenta neget eidem cum ceteris matrimonii effectibus, vel si uxor a marito a fugiat.

Possessionis.] Civilis, i. e. quæ nititur specie quadam juris in re. Naturalis enim possessio non producit remedia possessoria. Quod si tamen quis vi privata aggrediatur naturaliter possidentem, huic contra illum subvenitur remedio manutententiæ, i. e. mandato penali sine clausula, quia invasor versatur in facto nullo jure justificabili.

Facien-

Faciente.] Vel executionem faciente contra superioris inhibitionem, aut interpositionem remediorum contra sententias. His casibus judex dicitur committere attentatum, quod idem est, ac spolium a judice commissum, ita ut laesus possit a superiore impetrare mandata attentatorum revocatoria.

Temperatis.] i. e. ut atrocitatē facti p̄ verba leniora temperemus. Quapropter abstinentum est a terminis, aetio spolii, exceptio spolii, spoliiren, & præstat dicere, aus der possess gesetzet, atque uti nomine remedii canonis Redintegranda vel exceptionis in factum.

b. f. possessor.] Quod remedium spolii ex delicto, adeoque personalis actio sit. Sed contrariam forensem sententiam defendit **TITIUS** in not. ad **LAUTERE**. tit. de interdictis, & seqq., scil. quod fundamentum omnium remediorum possessoriorum sit possessio subnixa jure in re, ut itaque exinde contra tertium possessorem agatur, spolii autem delictum non sit causa principalis, sed saltem causa, sine qua non.

§. 3.

Exceptione.] Propter regulam: Spoliatus ante omnia restituendus est.

§. 4.

Obulum.] Cum omni causa & expensis. Judicium enim de jure can. & germ. sola sen-

M 2 tentia

tentia & re jud. non finitur, sed saltē, si lis prorsus sit sopia.

§. 5.

Conscientia.] Utpote si de spolio in conju-
gio lis sit, atque conjux spolians, vel qui pri-
vato ausu discessit ab altero conjuge, salvâ con-
scientia illi nequeat cohabitare, e. g. ob nimiam
propinquitatem, & inde resultantem incestum.

Irreparabilis.] Vel etiam, si conjux spo-
lians aut insidias vitæ a conjuge timens aufugerit,
nec securitas sufficiens per cautionem de non of-
fendendo justam queat præstari. Item si metus
dilapidationis obster restitutio; quibus casibus
tamen sequestratio locum habere potest.

TIT. XIV.

DE DOLO ET CONTUMACIA.

§. I.

Contentus.] Quod præsumtam quoque contum-
aciā comprehendamus, dici potest: Est ne-
glectus quisque negotiorum judicialium, sive
quis negotium aliquod plane non faciat, sive id
legitime non faciat. Nam qui id non legitime
facit, nulliter facit; quod idem est, ac si nihil
fecisset. Quin huc quoque pertinet, sive quis
dolo sive culpa non faciat.

Op. puniatur.] e. g. carcere, ergastulo,
anulæta. Verum hæc supponunt contumaciā
veram,

veram, non vero locum habent in contumacia
presumta. Unde saltem oritur

- 1) obligatio ad restituendas impensas adversario frustra causatas. Quin quod pena proprie dicta non sit expensarum ista restitutio, monendi sumus, siquidem saltem pertinet ad reparationem damni. Quapropter illi quoque expensas restituere centur, qui doli non sunt capaces. Praeterea
 - 2) contumax etiam sentit praedictum aliquid in ipsa causa principali. conf. §. 3., quod tamen iterum ad penam proprie dictam non pertinet.

§. 2.

Impedimentorum.] Ad effectum, ut contumax liberetur a præjudicio, quod in causa principali contumacem sequitur, e. g. ne lis habeatur pro affirmative contestata, & reprobatio deserta. Attamen obligatio restituendi expensas adversario frustra causatas inde non tollitur, quamvis legitima impedimenta probentur.

§. 3.

Velit.] Hæc cautio, quam dicunt de lite prosequenda, revera frustranea, quia non interest Rei, ut auctor litem continuet. Vel si intereat Rei, poterit procedere secundum ea, quæ in Autore sequuntur; atque si forsitan actionem negare nequeat, instructus tamen sit exceptio-

nibus peremptoriis, his propositis actorem sub pœna perpetui silentii ad replicandum provocare potest ex lege diffamari.

§. 4.

Admittatur.] Adeoque reus perdit omnes exceptiones dilatorias, actor vero lucratur summus ac tempus alias consumendum in discussiōnēs dilatoriis exceptionibus. In nonnullis vero Germaniæ locis, exemplo Saxonie, lis habetur pro affirmative contestata.

K. P. G. C. P. R.

Von des Klägers und Beklagten *Ungeborsam* siehe die *Consist. Ordin. de 1573.*

TIT. XV.

DE EO, QUI MITTITUR IN POSSESSIONEM &c.

§. 4.

Germanico.] Deficit enim ratio juris rom., quod processus incipiat ab in jus vocatione; atque judex potest reum latitarem in Germ. vocare tanquam absentem, sive per citationem subsidialem, sive per edictalem, ut adeo non opus sit immissione in bona adigere reum, ut se fistat judici, & item contestetur, sed reus ad citationem modò expositam contumaciter absens apud nos haberi potest, ac si item contestatus sit, ac locus est hac de re dictis ad tit. præced.

TIT.

TIT. XVI.

UT LITE PENDENTE NIHIL IN-
NOVETUR.

§. 1.

Innovandum.] Neque a litigatoribus, utpote qui nec ante litem motam, nec postea sibi ipsis jus dicere, aut alteri jus suum intervertere debent; neque a judice, quippe qui non nisi ex potiore jure sententia sua litem decidere deber, adeoque demum causa satis cognita. Inde si quid innovatur lite pendente, statim danda sunt mandata attentatorum revocatoria, quod omnia in pristinum statum reducantur.

§. 2.

Privandus.] Et a regula, quod lite pendente nihil innovandum, neque possessorum summarissimum exceptum est. vid. MEV. P. II. decisi. 281. n. 5. Evidem in possessorio summarissimo quæstio de momentanea possessione cognoscenda est, datâ alteri parti potestate se defendendi, & per sententiam decidenda est potiori ex jure.

TIT. XVII.

DE SEQUESTRATIONE POS-
SESSIONUM &c.

§. 1.

Depositum.] Imo sequestrum maxime differre a deposito, & singulare prorsus esse negotium, monstrandum est ad Digesta.

M 4

§. 2.

§. 2.

Causa.] Nam sequestratio irregularis & periculosa est, quod reus lite pendente commodo possessionis privetur, & gravetur onere præstanti salarium sequestri. Cetera vide dicta not. præced.

Refertur.] Revera omnes causæ, ob quas sequestratio decerni potest, redeunt ad periculum damni imminentis irreparabilis, quod alio modo leniore averti nequit. Nam sequestratio valde irregularis est & periculosa, tum propter dicta ab Aut. spho. I., tum quod sequester rei saepe minus parcat, quam ipse reus. Inde ante omnia leniora media sunt tentanda, utpote in casu 1. & 4. per mandata inhibitoria pœnalia, & in casu 3. per præstationem cautionis impostam. Qua deficiente videndum, numne res locari possit tertio cuidam, qui cautionem præstare potest.

Nequit.] Hæc causa vero in Germ. non amplius obtinet, quia immisso ob contumaciam non sit, per dicta ad tit. 15. §. 4., & alia dantur media coercendi contumaciam.

§. 3.

Virgines.] Hoc imprimis contingit in causa sponsalium, si a parentibus ad sponsalia cogantur. Tunc enim petere potest filia, ut sequestretur, quo dissensum suum libere queat declarare; vel si concursus sit plurium sponsalium, & manda-

mandata pœnalia de non jungendo se alterutri
sponso probabiliter videatur contemtura sponsa.
conf. HENR. de COCCÆTI de sequestro fe-
minarum.

TIT. XVIII.
DE CONFESSIS.

§. 1.

Superant.] Quamvis probatione late sumta re-
gula quoque vera sit vulgaris forensium; con-
fessio est regina probationis.

Affveratio.] Brevibus est affirmatio propo-
sitionis ab adversario prolatæ, & est vel

- 1) judicialis, vel
- 2) extrajudicialis. Illa liberat ab onere pro-
bandi, non vero hæc. Attamen si quis pro-
bare queat, adversarium suum ea, quæ
nunc negat, extra judicium esse confessum
tunc in civilibus hæc idem operatur, ac ju-
dicialis, scil. condemnationem; in crima-
libus saltē gravat ad inquisitionem.

Debet.] Quod si vero prorogatio fori facta
coram judge incompetentem, tunc valer confessio
coram judge incompetentem, tunc valer confessio
coram eo facta, quia non amplius est judex in-
competens.

§. 3.

Criminis.] Si quæ confitetur, se cum alio
marito adulterium commisisse, tunc si alia non

M 5 concur-

concurrant judicia, nequidem ad purgatorium gravari potest, quamvis ipsa ex confessione sua puniri queat, pœnâ tamen saltum extraordinaria; Nam nequidem in præjudicium ipsius confitentis plena fides haberi potest confessioni ad pœnam capitalem constituendam, nisi constet de corpore delicti.

§. 4.

Militet.] Clarius, si qualitas, quam reus confessioni suæ adjecit, extraordinarium quid & præternaturale, quod negotio in judicium deducto regulariter non ineſt, contineat, adeoque factum proferr, e. g. fateatur venditionem contractam, sed simul afferat, quod paclum commissorum, addictionis in diem, vel simile quid adjectum sit. Tunc enim reus se fundat in eo, quod præternaturale est, & exceptionem a regula continet, atque facti est, quod omnino probare tenetur. conf. SCHOEPFI diff. de confessione qualificata.

§. 5.

Desideratur.] Non solum si forsitan exceptiones peremptorias litis contestationi affirmativæ adjectat reus aut lis sit de usuris, vel expensis. Sed etiam in Germ. modus exequendi debitum, quod reus confessus est, per sententiam constitui debet.

TIT.

TIT. XIX.
DE PROBATIONIBUS.

ad §. 1.

Fides.] Ita quidem sumitur probatio in jure, attamen plures sunt in jurisprudentia significatus, maxime in processualibus, ex quibus significatibus variæ dependent quæstiones, præcipue quæ moventur de speciebus probationis. De significatibus his dixi diff. de reprobatione per juriſjurandi delationem licita.

§. 2.

Decernere.] Et quidem per sententiam interlocutoriam. Veram probationem injungere debet non per decretum saltem, uti in quibusdam locis male sit. Decretum enim tale non abit in rem judicatam. Tempus vero probandi seu terminus probatorius incipit currere a momento rei jud. sententiæ, que probationem injungit. Cum itaque decretum in rem jud. non abeat, terminus quoque probatorius nec currere incipit, nec decurrere potest.

§. 3.

Negatur.] Evidem nihil vere notorium est, quam cuius negatio est contra sensum communem, & contra acta.

Indiget.] Non vero, uti quidam putant, notorietas per 10. testes probanda. Nam ad notorietatem actor provocat, quò a veritatis probatione

batione immunis fiat, non vero, ut conditionem suam in probanda veritate reddat deteriorum.

§. 4.

Mutent.] Unde adversarius articulis probatorialibus opponit exceptionem articulorum impertinentium & irrelevantium. Verum hæc exceptio plerumque frustranea est. Quod si enim articuli decisionem causæ non mutent, reo quoque nocere nequeunt, sed auctor sibi ipsi nocet articulis impertinentibus aut irrelevantibus, nisi

- 1) quæstio sit de jurejurando super articulo, utpote quod frustra præstandum non est
- 2) Si in opprobrium adversarii solum Articuli sint adjecti.

§. 5.

Queat.] Omnia hoc redeunt:

- 1) auctor
 - α) debet probare facta, in quibus se fundat in libello, vel in replicis. Præterea tamen
 - β) consultum est, ut simul probet contrarium peremtoriarum, unde format articulos, quos vocant elisivos.
- 2) Reus autem in reprobatione partim
 - α) probare potest contrarium factorum ab auctore in libello vel replicis propositum. Partim
 - β) probare debet exceptiones peremtorias.

§. 6.

§. 6.

Et tempore.] Ejusmodi propositio enim vix poterit probari, e. g. si quis repeatat sumnam quandam indebitate solutam, ut solutio facta sit ad coactionem indiscretam, i. e. quæ causam debendi certam non continuit. Tunc enim actor non terretur probare, solutum fuisse indebitum, alias enim probare deberet, nullam intercessisse unquam debendi causam possibilem. At nequidem nobis representare possumus animo omnes causas debendi possibles. Ex adverso se res habet, si quis se fundet in propositione negativa definita, quæ omnino probari poterit, e. g. probata remotione circumstantiarum loci, temporis, personarum &c.

§. 7.

Non probent.] Probatio artificialis dicta est ab artificio logico & oratorio, ex quo constat. Etenim ubi factum aliquod dubium, principale aliquando probari nequit, sed probatio peragitur per argumentationem ex circumstantiis facti antecedentibus, concomitantibus & consequentibus, qualitate personæ, loci, temporis, artificio oratorio elaboratam per tropos & figuræ, & cum actione oratoria propositam, ad affectum in judice excitandum. In foris Germ. non adeo frequens est probatio illa, quippe quæ in processu in scriptis tractando tantum efficere nequit, quantum apud Römanos, ubi causa perorabatur.

TIT

§. 8.

§. 8.

Minus plena.] Tota res hue redit: si ex probatione convictio nata sit in judice, dicitur plena probatio, & judex simpliciter condemnatur. Si vero judex non convictus, sed saltem vero similitudo ipsi aut suspicio quædam nata sit, tunc absolute condemnare nequit, & probatio dicitur minus plena. Adeoque actori injungendum, ut jurejurando supplet defectum convictionis, aut reo, ut jurejurando elidat suspicionem contra se natam. Unde juramentum purgatorium natum. Quando vero alterutrum sit imponendum, dependet ex gradibus probabilitatis, qui æstimandi sunt prudenti judicis arbitrio.

§. 9.

Eo lapso:] Incipit vero labi a momento rei jud. interlocutionis, quæ probationem injunxit, nisi illa forsitan conditionata sit. Tunc enim requiritur simul, ut sententia illa sit purificata per implementum conditionis, quæ forsitan in dilatorii restitit restituenda.

Peremptorius est.] Ita scil., ut primum spatiū statim sit observandum sub pœna præclusionis, seu desertæ probationis. Consultum tamen est, ut judex hanc pœnam inserat ipsi sententiæ interlocutoriæ, e. g. binnen 4. Wochen præclusivischer Frist, vel bey Verlust des Beweises zu erweisen schuldig.

TIT.

TIT. XX.
DE TESTIBUS ET ATTESTA-
TIONIBUS.

§. 2.

Hæreticinæ.] Nam inter pontificios hæresis est crimen læse majestatis divinæ & perduellionis. Adeoque quicquid jus civ. statuit in odium perduellium, id jus can. applicat ad hæreticos. Protestantes vero hoc non adprobant.

Q. non processerit.] Adeoque testis non dum sit auditus cum defensione sua.

§. 3.

B.] deponunt.] Neque omni ratione destituitur hæc thesis; nam experientia docet, quando odio plurimi judæi christianos persequantur, quos judicant esse gentiles.

§. 5.

Antea.] Nam judex habet interesse ambitionis, ut sententia sua, quam dixit, aut actus, qui ex autoritate ejus gestus est, magis subsistat, quam corruat.

Habilis testis.] Attamen hi omnes hoc & præced. §o. inter inhabiles relati in foris admitti solent ad examen, reservatis adversario exceptiōnibus, i. e. ut adversarius in scriptis, in quibus disputatur de validitate probationis, denen Disputations-Sätzen, exceptiones deducat. Nam licet

non

non plena fides ejusmodi personis habenda sit, nec tamen omnis fides neganda, sed verosimilitudinem eorum depositio adhuc efficere potest, nisi excipias mente captos, infantes, perjuros, qui prorsus inhabiles sunt.

§. 7.

Articuli.] Qui sunt propositiones, quarum singulæ singula momenta facti probandi continent, assertive per vocem Wahr, vel negative per vocem *Nicht wahr* conceptæ, ut testes ad ea examinentur. In processu summario non præcise requiruntur articuli, sed sufficit examen testium summarium, summarisches Verhör, scil. ut relatio testium in una serie connexione historica proferatur, & ad acta scribatur citra Articulos.

§. 8.

Interrogatoriis.] Hæc sunt propositiones conceptæ interrogative ab eo, contra quem testes producuntur, ut desuper examinentur, quibus simul concipiens adversarii probationem evertere intendit. Evidem sunt interrogatoria vel

- 1) generalia, quæ concipiuntur de qualitate testium, ex quibus dependet eorum habitat; vel
- 2) specialia, quæ occasione quorundam articulorum probatorialium formantur, ut ii inde illustrentur.

Trans-

Transmittat.] Nam qui probare debet, obstringitur, ut articulos æque ac ipsa testium sub alio judice degentium nomina proponat judici, coram quo lis agitur, quod adversario integrum sit proponere exceptiones contra articulos irrelevantes & impertinentes, æque ac contra testium personas, de qua re ipse judex arbitrabitur, coram quo lis agitur. Sed totus hic §. non pertinet ad processum summarium, in hoc enim falso adhibetur demonstratio, Bescheinigung, que non habet omnia probationis solennia.

§. 9.

Absit.] Hoc enim casu nihilominus testes producuntur & examinantur; nam adversarius saltem monitorie citatus est ad videndum produci, & jurare testes, dandaque interrogatoria.

§. 10.

Comparitio.] Potius citatio adversarii desideratur, quod inde moneatur, ut in termino productionis praesens esse possit, si sua interesse putet. Quapropter citatio ad videndum produci & jurare testes, dandaque interrogatoria saltem est monitoria, attamen non negligenda, quia hoc cederet in prejudicium ejus, contra quem testes producuntur.

§. 11.

Constringendi.] Ita ut testi injurato non creditur, neque in causa summaria, nisi

N

i) quo

- 1) quo in causis turbatæ possessionis mandata inhibitoria decerni queant, non vero, ut possessorum penitus finiri queat ad ejusmodi testimonium, &
- 2) in processu inquisitorio sufficit cum inquisitione generali injuratum examen testium pro eruendis indiciis, quis ad inquisitionem specialem suspectus sit.

Remotis.] In processu summario etiam præsente producente examen testium fieri potest.

Rotulum.] Qui est scriptura, in qua ad singula interrogatoria & articulos congesta sunt, quæ omnes ac singuli testes dixerunt, quod judex omnium testimonia de singulis questionibus sibi melius representare, & de valore probationis rectius judicare queat.

§. 12.

Admittantur.] Adeoque reus, qui ad instantiam aëtoris citatus est, ad publicationem rotuli, si reprobationem, den Gegen-Beweiss, ita suscipere velit, ut probet contrarium factorum ab aëtore propositorum, protestari debet contra publicationem rotuli; quod secus est, si exceptiones peremptorias probare velit. Quare probatio admittitur post probationem testium ab aëtore productorum, quamvis hoc casu consultum sit, protestari contra publicationem rotuli.

§. 13.

§. 13.

Causæ.] Si nimurum causa sua natura ita sit comparata, ut non habeantur testes, qui ipsi interfuerunt negotio. Alioquin aliis contentum esse oportet testibus, qui scil. a majoribus ita se accepisse adseverant, utpote in factis valde antiquis.

Annotandam.] Hinc testibus in fine examinis sua prælegenda sunt dicta, & si quid mutant, id seorsim notandum est.

K. P. G. C. P. R.

Nach dem Cod. Frid. P. III. Tit. 27. Sect. 7.
§. 45. kann kein Geistlicher sich blos auf sein Gewissen beziehen, sondern muss den Zeugen-Eyd, wenn er zum Zeugen vorgeschlagen wird, ohnweigerlich abstatten. Wie es übrigens zu halten, wenn Juraturus (sive qua testis, sive qua Pars litigans,) unter der Vorschützung eines Religions-Scrupels sich der Ableistung des Eydes weigert, davon siehe Rescript vom 28. April 1767.

TIT. XXI.

DE TESTIBUS COGENDIS.

§. I.

Rigore juris.] Quamvis enim testimonii dictio in se pertineat saltem ad imperfecta officia humanitatis, merito tamem haec officia lege positiva in obligationem perfectam mutantur, quia si deficerent media probandi veritatem factorum

N 2

contro-

controversorum, administratio justitiae difficillima
imo plane impossibilis esset.

§. 2.

Criminalibus.] Quando veritas aliter haberri
nequit, & graves adsunt præsumtiones, testem
contumacem habere facti notitiam.

§. 3.

Dicitur.] Vera autem ratio pontificiorum
est, quod homines faciliores reddant ad confessio-
nem auricularem edendam, quæ inter evangeli-
cos cessat. Turpe tamen judicant, si confessio-
narius propalet ea, quæ ei tanquam amico singu-
lari confessus est quis. Subordinata tamen hæc
esse debent juri magistratus ejusque imperio.

Per se.] Scil. si ipsa causæ litigiosæ natura
ita sit comparata, ut alii interesse non soleant
eiusmodi causis. conf. Autoris diss. de obliga-
tione ad revelandum occulta.

TIT. XXII.

DE FIDE INSTRUMENTORUM.

§. 1.

Confœcta.] i. e. quæ confœcta sunt a persona
publica de negotio ad officium ejus publicum
pertinente.

§. 2.

Judicis.] Aœtuarius enim vel secretarius est
persona judicij accessoria, adeoque judge absente
vel

vel sicutem non competente nihil valide potest peragere, ut publicam habeant autoritatem ejus scripturæ. Ex adverso sequitur, ut deficiente vel impedito actuario iudex ipse acta conscribere possit; quamvis consultius sit ob dissensum I Ctorum, ut notarium adhibeat. Imo inde consultum est praefectis & dominis jurisdictionis matrimonialis aut feudalnis, ut, si administrationem jurisdictionis uni tantum personæ committere velint, nec justitiarium & actuarium simul alere queant, curent, ut justitiarius præstet utrumque, jura & justitiarii & actuarii, aut constituant justitiarium, qui simul est notarius publicus.

Conscripta.] Et quidem in ipso actu, quo coram judge geritur. Prætereaque partibus prælegenda est registratura, eaque ab actuario subscribenda.

§. 3.

Cognitione.] Ita ut in exemplo exprimantur & notentur scripturæ interlineares, & reliqui defectus, qui inveniuntur in avthentico, quo salvæ maneant adversario exceptiones, quas habuisset contra originale.

§. 4.

Tributa.] Quemadmodum præcipue libris mercatorum semiplenæ probationis vis tribuitur, ita ut mercatores ad suppletorium admittendi sint. Quin merito in plerisque locis Germ. eadem vis concedi solet libris rationum aliorum

hominum, v. g. opificum, si sint homines integræ fidei.

§. 5.

Producenda.] Ita nimurum, ut cum libello vel articulis probatorialibus instrumenti exemplum offerendum sit; & tunc sufficiunt, si pars documenti concernens causam præsentem exscripta. Attamen in termino productionis testium originale producendum est integrum, ita ut frustra producens addere soleat protestationem, dass er das Document nur in casibus utilibus & quoad clausulam concernentem produciret haben wolle; quæ protestatio injustam continet fallaciam compositionis & divisionis, nisi proberet, reliquam partem per falsum instrumento esse adjectam.

§. 7.

Loco.] Utpote in causa debendi, summâ debita, nomine debitoris aut creditoris, & quidem ita, ut non adpareat, quod casu rasura contigerit, alias enim fidei documenti nihil detrahit rasura, quæ casu contigit, aut quæ deprehenditur in parte documenti nullum singulare momentum probationis continente.

K. P. G. C. P. R.

Von den Kirchen-Büchern ist zu merken, dass nach der *Confessorial-Ordn. de 1573.* (beym MYLIO pag. 316.) die Pfarrer alle Personen, die sie trauen, taufen, und zur Erde bestättigen, ausschreiben sollen.

follen. So gar nach dem *Circulare vom 6. October 1763.* müssen auch die *todtgebohrnen Kinder* im Kirchen-Buche aufgezeichnet werden. Wegen der *Listen* siehe *Verordn. vom 25. Febr. 1718.*, daß solche von den Getauften, Getrauten, und Gestorbenen, am Ende jeden Jahrs eingesandt, auch wie viel uneheliche Kinder unter der Zahl der Gebohrnen sich befinden, angemerkt werden sollen. Ferner *Circulare vom 8. November 1751.* welcher gestalt die Prediger bey Fünf Thaler Strafe, die Liste von den Gebohrnen, und Gestorbenen &c. zu rechter Zeit, nehmlich vor dem einsfallenden Weyhnachts-Fest, oder vielmehr den 15. December, laut *Verordnung vom 2. Martii 1753.* ihren *Inspectribus* einschicken sollen. Ferner Inhalts *Circularis vom 13. Jul. 1769.* sollen die Prediger mit mehrerer Accuratesse und pünktlicher Beobachtung derer dieserhalb ergangenen Vorschriften, besonders derer *Circularium vom 27. Febr. 1766.* und *19. November 1767.* die Listen derer Gebohrnen &c. (vid. *Schemata vom 2. Januarii 1766.*) einrichten, und hauptsächlich den darinnen festgesetzten Termin, mit welchem die Listen anfangen und schlüssen, nehmlich den 1ten Advent, genau beobachten, bey Vermeidung derer darauf gesetzten Strafen. (Die Strafen befinden sich in allegirten *Circularibus vom 19. November 1767.* und *2 April 1766.* benannt. Siehe auch *Verordn. vom 27. Febr. 1766.* und *16. November 1764.*) Laut *Circular von 29. Oktober 1768.* sind auch dergleichen Listen gedruckt in der Real-Schul-Buch-Handlung, das Buch pro acht Groschen, und das einzelne Stück pro vier Pfennige zum Kauf zu haben, und dürfen nur ausgefüllt werden. Endlich nach dem *Circulare an sämmtl. Inspectores wegen Anfertigung der Canton-Listen vom 23. Juli 1767.* fol-

len sämmtliche Prediger, nach dem *communis* cirten Formular eine ordentliche und richtige Liste von denen Hofs-Wirthen, und ihren Söhnen (auch Müttern, und ihren unehelichen Kindern,) jährlich anfertigen, und solche gegen die Zeit, da die Land-Räthe die Cantons bereisen, fertig halten. Von den Kirchen-Büchern sagt annoch *Codex Frid. P. III. Tit. 23. §. 9. 10.* dass die Bücher, so bey den Kirchen wegen Trauung, Geburt, und Absterben gehalten werden, zum völligen Beweiss zulänglich seyn; jedoch den Gerichten, wenn Ein-Rede geschiehet, darüber, dem Besinden nach, zu erkennen, vorbehalten seyn solle. Ferner, dass, wenn dergleichen Bücher verlorenen, oder niemahls gehalten worden, besagte Actus entweder aus den Haus-Büchern der verstorbenen Eltern, oder mit andern Documenten, oder auch mit Zeugen bewiesen werden können.

TIT. XXIII.

DE PRÆSUMPTIONIBUS.

ad §. I.

Deducta.] Vel est probabilitas facti, inde collecta, quod utplurimum fieri solet. Id enim probabilius est eo, quod rarius fit. Sed inde quoque est, quod in præsumptione seu probabilitate quoque sit gradus, ita ut fortior elidat dubium. Atque inde præsumptio, quæ ex specialibus facti quibusdam circumstantiis desumitur, fortior est præsumptione generaliori, quæ alias obtinet, si circumstantiæ specialiores deficerent.

érent. conf. THOMAS. not. ad LANCELL. Institut. juris can. h. t.

§. 3.

Facienda.] Et omnes hæ redeunt ad pri-
mam. Hæc autem nititur dictis ad §. 1., adeo-
que præsumtio juris eadem nititur ratione, qua
præsumtio hominis nititur, & eodem effectu
gaudet, lege civili licet deficiente. Adde, quod
probabilitas, adeoque præsumtio redeat ad ope-
rations intellectus legi hand obnoxias. Unde
vix alicujus momenti est distinctio inter præ-
sumptionem hominis & juris.

§. 4.

Non admittit.] Quam vulgo vocant præ-
sumptionem juris & de jure.

§. 5.

Sit.] Exceptis delictis levioribus, quibus
lenior statuitur pena; siquidem in his pena talis
minus infert incommodum, quam sumptuosa
& sollicitior inquisitio.

TIT. XXIV.

DE JUREJURANDO.

§. 1.

Juramento.] De qua re quidem disputant
Icti, quorum nonnulli negant, juramentum esse

N 5 speciem

speciem probationis, idque saltem dicunt medium liberandi se ab onere probandi. Verum utraque sententia vera est. Res enim reddit ad æquivocationem termini probationis, de qua re actum tit. de probat.

In testem.] Vel est assertio propositionis sub invocatione Dei in vindicem perfidiae.

§. 2.

Promittitur.] i. e. nec ex genere, nec ex differentia specifica adparet, aut ex fine jura- menti sequitur, utpote quod ideo præstatur, quod fides concilietur sermoni, quæ negatur sermoni simplici. Licet vero inde adpareat, quod nec cultus divini causa suscipiantur juramenta; id ta- men liquet, juramenta esse debere subordinata officiis hominis erga Deum, & illa non debere peccare contra officia circa cultum Dei obser- vanda.

§. 3.

Veritas.] Ut nimirum verba jurantis & cogitationis convenient. Si enim jurans alia do- lose habuerit in mente, quam quæ verbis extulerit, perjurium commisit; quamvis etiam hoc casu inter partes, quarum altera alteri juramen- tum derulit, id, quod juratum est, pro veritate habeatur, de qua re dixi diff. de imaginaria æqui- tate probationis pro evitando perjurio. Consti- tutio criminalis tamen etiam hoc casu reparatio- nem damni injungit, æque uii Codex Frideric.

si in

si in continenti liquido perjurium probari queat; licet haec dispositio in foris exiguum habeat usum propter difficultatem probationis, quod alter dolose perjuraverit. Neque enim falsum juramentum statim est perjurium, quia error intercedere potuit.

§. 6.

Leges.] Item si quid impossibile sit promissum per jusjurandum. Quibus casibus perjurii reus non est, qui talia juramenta impossibilia aut illicita non servat, quamquam in eo sit peccatum, quod tale juramentum temere sit propositum.

§. 7.

Jus civ.] Attamen jure civ. romano no viore idem constitutum videtur per leg. 2. 3. C. si advers. vendit. Et quamvis plerunque has leges una cum avth. Sacra menta puber. eod. interpretari soleant, ut juramentum tale saltem excludat restitutionem in integrum contra actus jure civ. validos, non vero actus invalidos reddat validos: obstat tamen generalitas verborum, quæ partim in citt. legibus existant: *ille nec perfidie nec perjuri habebit praesidem;* partim quoque sensus citatae avth. ex principiis juris can. ea est, ut perjuriis & violationibus juramentorum obviam eatur. Et quamvis de jure nat. stricto tale juramentum perfecte non obliget, decet tamen, ut servetur. Nec adeo ineptum

jus

jus can. confirmans juramenta, nec immerito fora protestantium hac in re jus can. sequuntur.

§. 10.

Approbante.] Equidem nullum juramentum in foro præstandum litigatoribus, nisi sententiâ judicis interlocutoria approbetur, tum quod is, cui defertur, non semper teneatur illud acceptare, tum quod non de omnibus causis juramentum deferre aut præstare liceat.

Suspecti.] Hoc secundum rectam rationem ita concipiendum, quod

- 1) judex juramentum suppletorium vel purgatorium referre non debeat suspecto de perjurio, sed potius parti adversæ.
- 2) quod litigator imprudenter agat, si causam committat conscientiæ ejus, cuius conscientiæ nihil tribuendum. Miniime vero illicitum est, ut litigator ejusmodi homini juramentum deferat, præsertim cum deferens semper dicat, quod adversarius pejeret, & nunquam est directa intentio deferentis, ut alter probare debeat, sed quod metu vindictæ divinæ veritatem fateri debeat. Attamen jus can. ex doctrinis AUGUSTINI de veritate & mendacio minus recte ratiocinantibus putavit, quod juramentum deferens scienter pejeraturo occidat animam & deferentis & pejerantis.

Reva-

Revocatur.] De regula enim juramentum delatum revocari nequit, postquam alter id aut acceptavit, aut acceptatio per rem jud. injuncta est. Admittitur tamen revocatio

- 1) ob novas probationes inventas,
- 2) si deferens minor, & ex delatione jura-
menti laesus sit.
- 3) Vulgo addunt, si deferens in continentia
probare possit, adversarium esse pejeratu-
rum; quod vocant probationem pro evi-
tando perjurio. Sed hoc injustæ litium
protractioni infervire, pluribus deduxi diffi-
de imaginaria æquitate probationis pro-
evitando perjurio. Unde & in terris
Brand. per Cod. Frid. rejecta est hæc pro-
batio.

§. II.

Probaverit.] Frustra enim quidam putant,
juramenti delationem a parte parti factam non
aliter esse admittendam, quam præcedente ali-
quali probatione. Verum destituuntur ratione,
partim quia suspicio, quod temere deferatur ju-
ramentum, tollitur per juramentum calumnias
speciale a deferente præstandum; partim quo-
que, quod talis calumnia non facile præsumi
debeat. Accedit, quod juramenti delatio sit me-
dium relevandi ab onere probandi.

§. 12.

§. 12.

Integra.] Nimirum si terminus probatio-
nis præclusivus non sit præscriptus, aut præ-
scriptus quidem, sed nondum præterlapsus sit.

Instantia.] Quatenus scil. in appellationis
instantia nova probatio adhuc admittitur cum
beneficio non dedueta deducendi non probata
probandi, ex l. 4. C. de temp. appell.

§. 13.

Queat.] Si nimirum quæstio inter litigan-
tes fit, utrum unquam verum matrimonium
inter eos sit initum. Tunc enim tam pro matri-
monio, quam contra illud transactio valet, & ju-
ramenti delatio.

Dissolvendum.] Quod fieret, si coniux per
juramenti præstationem efficeret, ut matrimo-
nium dissolvatur. Secus est, si coniux per ju-
ramenti præstationem efficiat, ut conservetur ma-
trimonium.

§. 14.

Defendere.] Vulgo die Gewissens-Vertre-
tung, vel das Gewissen mit Beweiss vertreten;
quod tamen proræctioni litium ansam dat. conf.
THOMAS. diss. de quibusdam litium proræctio-
nibus in materia juramenti. Unde in terris
Brand. defensio hæc rejecta est per Cod. Frid.

K. P.

K. P. G. C. P. R.

Wie es zu halten, wenn Juraturs unter der Vorsichtung eines Religions-Scrupels sich der Ableistung des Eydes weigert, davon siehe *Re-script vom 28. April 1767.*

TIT. XXV.

DE EXCEPTIONIBUS.

ad §. 1.

Hodie.] i. e. in Germ. secundum textum ab Aut. cit. Nam de jure can. id constitutum non est, sed saltem illud sancitum, quod actor petere possit, ut reo a judice praefigatur terminus præclusivus omnium exceptionum proponendarum.

§. 2.

Attestationum.] Quia actor probationi suæ inserit articulos elisivos pro exceptionibus Rei evitandis. Et hoc nonsolum ad Saxoniam, sed etiam ad alia loca pertinere deberet secund. §. seq.

§. 3.

Peragatur.] Quin hac in re nequidem opus est legibus prov., utpote quod jam fluit ex legibus imp., quæ statuerunt, ut omnes exceptions peremptoriae litis-contestationi annexantur, quo actor probationem suam ad fundamentum agendi probandum, sed & ad exceptions peremptorias elidendas exigere possit.

TIT.

TIT. XXVI.

DE PRÆSCRIPTIONE.

§. 2.

Acquiritur.] i. e. præscriptio aliquando denotat modum acquirendi civilem jus aliquod in re; & sic præscriptio ex jure Justinianeo synonimum est usucaptionis, ita ut effectus ejus sit partim

- 1) quod possessor completâ præscriptione defendere se queat contra cujuscunque & pristini quoque domini actionem excipiendo; partim
- 2) quod, si præscribens post completam usucaptionem rem amiserit, jus habeat reali actione eandem persequendi contra quemcunque possessorem.

§. 3.

40. annorum.] Quia inter Protestantes etiam decimæ regulariter clericis cedere creduntur ex reliquiis juris can., adeoque ad res ecclesiasticas referuntur. Hinc post completam præscriptionem 40. annorum ecclesia adhuc intra quadriennium restitutione in integrum gaudet contra hanc præscriptionem.

Tueri queant.] Sed præsidium hoc satis infirmum est, cum contra imperantem in regalibus

bus neque immemorialis præscriptio quid efficiat,
quod latius deduxit THOMAS. de præscriptione
regalium.

§. 5.

Servatur.] Etiam inter Protestantes ob
æquitatis & pietatis præsumptionem, siquidem jus
can. provocat ad dictum Paulinum, quicquid non
est ex fide, peccatum est. Hoc autem modo
non solum miscetur obligatio christianismi cum
obligatione regularum juris, sed peccatum etiam
restringitur ad tempus præscriptionis lege defi-
nitum. Interim tamen non omnis æquitatis ra-
tio deficit, nec adeo iniqua est hæc dispositio,
cum bona fides præsumatur, donec contrarium
probetur. Attamen a Papa quædam præscriptio
relinquenda fuit, ne in totum tollatur. Hinc
æquitas ista ad certum tempus restringenda fuit,
nec post præscriptionem jam completam aut
malæ fidei supervenientis vitium aut bonæ fidei
aliud requisitum amplius prædicabile est.

§. 7.

Subducendum.] Evidem ultimum præ-
scriptionis fundamentum consistit in præsum-
ptione tacitæ derelictionis pristini domini rem
suam diu permittentis alienæ dispositioni, quam
tamen vindicandi sibi occasionem habuerit. At-
tamen qui impeditus fuit in jure suo persequen-
do, illud dereliquerit præsumi nequit.

O

§. 10.

§. 10.

Repellitur.] i. e. per hanc præscriptionem excludimus alterius actionem imprimis personalem, qua aliquid petit sibi a nobis præstandum.

Nequit.] Attamen quamvis hæc sententia imprimis defensa sit ab HENR. de COCCETI & aliis, nihilominus textus juris can. contrarius est, quia ratio ejus generalior est, scil. quod pecatum sit, quod ex fide non est, quæ ratio pertinet tam ad extinctivam, quam ad acquisitivam præscriptionem. Et licet ex adverso urgeant verba textus agentia de possessione rei alienæ, hæc tamen potius sunt consecutiva, & continent consecutarium ex præmissa generali regula, quod nulla unquam præscriptio procedere debeat, si per aliquam temporis partem mala fides adsit; quæ generalis regula potius, quam inde deducetur consecutarium ejusque applicatio ad quæstionem pontifici propositam specialem de possessione rei alienæ fundamentum decidendi præbet, & legem constituit. Neque deficit naturalis ratio, imprimis in creditis pecuniarii. Scil. creditor, qui humanitatis causa inducias concedit debitori, ejusque moræ indulget, non æque dici potest dereliquisse jus suum, uti is, qui ab altero possessæ rei dispositionem possessori permisit diu tanquam domino, sed potius obtinet vulgare illud: lange geborget ist nicht geschenket. vid. THOMAS. de perpetuitate debitorum pecu-

pecuniariorum, & quæ dixi in diurnis Halens.
mease Decembri 1743.

§. II.

Non habet.] Omnis omnipo præscriptio saluti reipubl. subordinata esse debet, nec contra illam cedere. Talis vero cederet contra salutem reipublicæ.

K. P. G. C. P. R.

Siehe *Consistorial-Ordn. de 1573.* woselbst auch verordnet ist, daß Niemand, ohne recht-mäßige Ankunft und Titul, an den Pfarr- oder Kirchen-Gütern, wie die Nahmen haben mögen, durch den langwierigen Besitz, einiges *Eigenthüm* oder *Gebrauch*, vel quasi erlangen &c. folle. Uebrigens gebietet die *Verordn.* wegen der Præscription der geistl. Güter de dato *Cölln an der Spree den 16. Febr. 1683.* daß *unablößliche Schulden* ihrer Eigenschaft nach keiner Præscription unterwürfig, sondern zwar einzeljährige Einkommen, so weit die tempora præscriptionis austragen, cessiren; die übrigen aber dadurch nicht berührte jährliche Einkommen und Jura in ihrer Kraft und Wesen verbleiben sollen; *ablößliche Schulden* und Einkommen aber, oder die aufgekündigt werden können, in 40. oder undenklichen Jahren præscribit werden mögen, doch daß, wie in *civilibus*, also auch in *ecclesiasticis*, von anno 1676. bis 1648. tempora belli abgezogen werden; Unablößliche Schulden auch seyn, und davor gehalten werden sollen, die von undenklichen Jahren her genossen, es wäre denn, daß Debitor ein anders, und daß sie ablößlich, mit Recht darthun könnte.

TIT. XXVII.

DE SENTENTIA ET RE JU.
DICATA.

§. I.

Decisione.] Cavendum est ab utroque extremo, scil. partim, ne causa nondum satis instrueta, & ubi de facto nondum satis liquet, nimis precipitanter festinemus ad decisionem causæ principalis per sententiam definitivam immaturam, partim vero, ne superfluis interlocutionibus super momentis causæ nihil relevantibus causam remoremur temere, & sic litium protractioni occasionem demus, quod argumentum latius exposui diff. de emendanda litium protractione in sententiis interlocutoriis.

Generalius.] Ita foris Germ. enim ICtis duplice sensu venit sententia,

- 1) lato & abusivo, ut denotet quodvis pronunciatum controversiam decidens.
- 2) Strictiore & proprio significatu etiam denotat pronunciatum judicis controversiam decidens ad causæ cognitionem legitimam, utriusque parti debitâ audientia praestita, atque accedente decisi publicatione, quod vulgo dicitur die Sentenz, Bescheid, Findung, decretum, aliquando Urtheil. Ejusque singulares effectus sunt, quod

α) per

α) per silentium 10. dierum transeat in
rem. jud., &

β) ab ipso judice, quo usque se errasse
sentiat, corrigi nequeat, sed remedia
legitima contra sententiam gravantem
competentia intra decendum interponi
debeant. Differunt ab ejusmodi sen-
tentia stricte dictis decisa, quæ a ju-
dice, vel ad instantiam saltem alter-
utrius partis, & sic causa non plene
cognita; vel sine publicatione dantur,
& vulgo dicuntur Verordnung, Be-
scheid, resolutiones, decreta. Abu-
sivo & lato sensu etiam sententiæ desti-
tuuntur utroque effectu sub *α* & *β*.
commemorato, de qua re plura dixi
diff. cit.

§. 2.

Utraque.] Si modo interlocutoria habeat
formam sententiæ stricte sic dictæ, expositam in
dictis ad §. præced. not. 2., quo casu nonnulli
sententiam dicunt interlocutoriam mixtam.

§. 3.

Processu.] Citra publicationem solennem;
ita ut saltem per scripturam jussa insinuentur li-
tigatori. Tunc enim tale decretum, quod non-
nulli dicunt sententiam interlocutoriam meram,
in rem jud. abire nequit per silentium 10. die-
rum; siquidem momentum rei jud. incipit a

O 3 momen-

momento publicationis, qua deficiente deest spatium, a quo currere incipit spatium rei judicatae.

Potest.] Propter not. præc. quæ fundatum est legis 14. ff. h. t. ab autore citatae, & eorum, quæ continet, scil., quod jussit vetuitve prætor, contrario imperio tollere licet, de sententiis contra. Adde tot. tit. Cod. comminationes, epistolas, progr. autorit. rei jud. non habere.

§. 4.

Absolvendus.] In foris Germ. plerumque præses judicij habet votum decisivum, si vota assessorum sint paria. Cui vero in dubio ejusmodi per votum suum decisivum magis accedere debeat præses, omnino ex eo dependet, quod in dubio inextricabili sequi debemus justum. Et hoc partim pertinent dicta Autoris, partim conf. MYLERI diss. de eo, quod in dubio justum est.

§. 5.

E) Constitutionis.] Vulgo dicunt jus legislatoris, seu contra jus in thesi. Quod si vero saltem sit pronunciatum contra jus litigatoris, i. e. si quidem non erratum sit in thesi juris, sed hæc saltem minus recte applicata sit ad factum obveniens & omnes ejus circumstantias, tunc transit in rem jud. per silentium decem dierum.

§. 6.

§. 6.

Inserenda.] Unde rationes decidendi etiam non solent publicari, ut ipsa sententia.

Non transeant.] Tum per not. præced., tum quod non constituant partem sententiæ, utpote quæ pro imperio statuit, sed sunt saltem ratiocinium de aptitudine sententiæ & fundamento decidendi.

§. 8.

Litis.] Hoc casu enim in uno capite reus condemnandus, in alio actori supletorium, in alio purgatorium reo, in alio forsan actori probatio imponi, in alio reus plene absolvit debet.

§. 9.

Citanda.] Nisi forsan statim in ipso termino, in quo partes coram magistratu disceptarunt, bey dem mündlichen Verfahren, sententiam publicet judex.

A sedente.] Invertendum potius est aetioma secundum cap. fin. h. t. in 6to., utpote quod requirit, ut judex sedeat, non stet. Sed Clementina *sepe* de Verb. Signif. arbitrium dedit judici, velutne stans an sedens publicare sententiam.

§. 10.

In integrum.] Nimirum vel
1) a minoribus, aut iis, qui jura minoren-
nium habent, vel

O 4

2) ob

2) ob impedimentum improvisum, nec remobile, quo casu restitutio merito concedenda est ex generali prætoris clausula. Imo hoc casu fatale rei jud. currere non deberer, siquidem reddit ad fundamenta præscriptionis, quæ non currit impeditis.

§. 11.

Carent.] Ita scil., ut defensioni condemnati sententia præjudicium inferre nequeat per lapsum descendii, sed condemnatus adhuc defensione sua audiendus sit, si innocentiam suam deducere vellet. Ex adverso absolvitoriae sententiae in criminalibus statim transeunt in rem jud. a momento publicationis, nisi interesse læsi simul hac in re versetur.

§. 12.

Excedatur.] Si nimur aut perverso ordine executio fiat, aut nimium festinetur in executione, aut exceptiones, quæ executioni adhuc opponi possunt, a judice rejificantur. His casibus enim nova appellandi causa subest, quæ rem jud. non tangit.

§. 13.

Intervenerit.] Interventio est

1) *principalis*, quando interveniens allegat proprium interesse diversum a jure actoris & rei, & hæc facile in executione admittitur; vel

2) *mi-*

2) minus principalis, quando interveniens interesse haberet coniunctum cum jure actoris aut rei. Hæc difficiliter admittenda in executione, quia sære calumniose intentatur per collusionem cum reo ad fraudem faciendam executioni.

Differenda.] Imprimis si interventione sit principalis, & executio fieri deberet per venditionem objecti executionis, in quo intervenerenti fortius jus competit, uti imprimis contingit in cursu creditorum, sive formaliter sive materialiter adsit.

§. 15.

Nonnunquam.] Si nimurum executio exceedat censuram ecclesiasticam.

K. P. G. C. P. R.

Von der Execution siehe *Consit. Ordin. de 1572*, woselbst auch von der *Supplication*.

TIT. XXVIII. & XXIX.

DE APPELLAT. &c. DE CLERICIS PEREGRINANTIBUS.

§. I.

Cognitam.] Jure rom. contra sententiam gravantem solum obtinuit appellatio, aut si hæc ob eminentiam judicis non competierit, supplicatio. Idem servavit jus can. Sed in Germ. plura & di-

O 5 verfa

versa remedia contra sententiam competunt, adeoque remedia contra sententiam apud nos sunt

1) solum suspensiva, i. e. quæ reparationem sententiæ gravantis ab ipso judice gravante pertunt, nec cognitionem gravaminis ad judicem superiorem deferunt; quo pertinet

α) Leuteratio,

β) supplicatio,

γ) revisio;

δ) restitutio in integrum;

ϵ) nullitatis dictio.

2) Devolutiva, quibus provocatur ad superiorem, & ab hoc reparatio gravaminis petitur, & adeo cognitio gravaminis ad superiorem devolvitur, quo pertinet appellatio.

Addiderint.] Forsan ad restringendam frequentiam & licentiam appellandi ad summa Imperii judicia. conf. LUDOLPHI HUGONIS tr. de abusibus appellationum tollendis.

§. 2.

Extra judicium.] Appellatio

1) proprie dicta seu judicialis dicitur a gravamine judiciali; hoc vero est, quod judex per sententiam proprie dictam infert.

2) Appellatio extrajudicialis vero dicta est a gravamine judiciali. Hoc vero est, quod

quod aliter infertur, quam secund. dicta
no. I. scil. gravamen extrajudiciale est,
quod vel

- a) pars parti infert; quo casu appellatio
nihil est, quam protestatio & provo-
catio adversarii ad judicium, quæ ta-
men judicium suspendit; vel
- b) a judice infertur, & quidem vel ita, ut
 - α) pro parte se gerat, vel
 - β) ut quidem se gerat tanquam judi-
cem, attamen gravet extra senten-
tiā propriæ dictam, urpote per de-
creta, mandata, citationes.

Hoc casu appellatio, quæ a multis dicitur extra-
judicialis, proxime accedit ad appellationem ve-
ram a gravamine judiciali, §pho I. descriptam;
quamvis etiam aliquando hoc casu locus sit que-
relæ protractæ vel denegatae justitiæ. Ceteræ
species vero appellationis extrajudicialis impro-
prie appellationes dicuntur. conf. ZIEGLERI
tr. de gravamine extrajudicali.

§. 4.

Q. appellaverit.] Idem dicendum, si altera
pars saltem remedium suspensivum interposue-
rit, altera vero appellaverit ad judicem proxime
superiorem, tunc appellatio absorbet remedium
suspensivum, idque ob forum continentiae cau-
sarum, & quia judicium superius præstantius est
infe-

inferiori, simulque appellatio præstantior est re-medio solum suspensivo.

Provocatur.] Quod si coram judice inferiore seculari causa sit tractata, & altera pars ad-pellat judicem ecclesiasticum, quia causa forsitan mixta fori est, altera vero ad judicem superiorem secularem provocet, tunc illa appellatio huic præfertur, siquidem judex ecclesiasticus præstantior habetur seculari.

§. 5.

Fiat.] Si scil. id, quod judex in præsenti statuit, ita comparatum sit, ut inde in posterum præjudicium in litigatorem redundare possit. Tunc enim licet appellare ab eo, quod judex nunc statuit, tanquam a causa futuri præjudicij, & sic magis a gravamine præsenti quam futuro appellatur. Monendum hac occasione, frequentem in Germ. esse appellationem even-tualē, ita ut fere cuilibet perito advocati adjiciant formulam: sub eventuali appellatione ad superiorem. Sed hoc frivole sit, nullo scil. gravamine adhuc illato, & tunc saltem usum habet, si judex jam quid gravans statuerit, quod ipse reparare posset. Tunc enim ab eo peti potest gravantis statuti reparatio cum eventuali appellatione ad superiorem, si ipse gravamen reparare nolit. Idem dicendum de leuteratione similibusque remediis suspensivis.

Defi-

Destituitur.] De qua re tamen judex ad quem, non judex a quo judicat, ne hic viam appellandi præcludat, & quia judex semel gravans semper præsumitur gravaturus in eodem puncto. Hinc superior ab inferiore aliquando requirit acta cum relatione, ut possit statuere, an appellationi deferendum sit. Quod si vero leuteratio interposita sit, judex in quibusdam locis statim post interpositionem ejusdem acta transmittit ad ICtos, an leuterationi deferendum sit, & ut pronuncient ein Relevantz-Urtheil.

§. 6.

Interlocutionem.] Talem scil., quam vulgo dicunt sententiam interlocutoriam meram, seu quæ formam & vires sententiae proprie dictæ non habet, eine Verordnung.

Latam.] Quam dicunt sententiam interlocutoriam mixtam, quæ formam & vires sententiae proprie dictæ habet.

μ.] nequit.] Sed hoc modo ab omnibus interlocutionibus appellari potest, quia in foris Germ. interlocutiones, quæ formâ sententiae veræ dantur, silentio decendiali in rem jud. abeunt, & gravamen irreparabile inferunt. Ali quando quoque meræ interlocutiones, Verordnungen, licet in rem jud. non abeant, irreparabile tamen inferunt damnum, & ab his quoque extrajudiciale appellationem de jure can. admitti, accepimus supra. Hinc illimitata etiam post

post concil. Trident. & rec. imp. de ao. 1654. ab interlocutionibus salva est appellandi licentia.

§. 7.

Nequit.] Adeoque duo priora axiomata pertinent ad interlocutorias, quæ extra formam sententiæ proprie dictæ feruntur, & in rem jud. abire nequeunt, sed corrigi possunt ab ipso judice.

o.] remittenda.] Hæc ratio nihili est, & sub specie ejus occultatur saltem studium judicum superiorum in evertenda jurisdictione inferiorum.

Decreta.] Quia judex a quo alias nesciret, an superior appellationem receperit, quam facile rejicere potuisset, ex actis prioribus judicans, an causa appellandi adsit, quæ secus se haberent in appellatione a definitiva, ob beneficium non deducta deducendi, non probata probandi, quod appellanti competit. Unde judex a quo statim interpositâ appellatione abstinere deberet a procedendo in puncto appellato. Id tutius est, ut in omnibus appellationibus judex id observet, quia ratio differentiæ proposita non adeo magni momenti est, propter dicenda ad §. 10.

§. 8.

v.] velle.] Siquidem hæc ratio tantum particularis est, pertinens saltem ad punctum, in quo gravavit judex inferior, quod non facile præsu-

præsumitur correcturus. Vera ratio est in dictis ad §. 7. ad not. o.

§. 9.

V.] assumi nequit.] Nam deest ratio juris pontificii, quod pontifex sit ordinarius, omnem ordinarie concurrentem habens jurisdictionem cum omnibus judiciis ecclesiasticis, & quod per plenitudinem potestatis sibi competentis illimitatam affectet potestatem, quod valere nequit de summis Imperii tribunalibus, præsertim, quia hæc primam instantiam & jus Statuum de non evocandis civibus turbare nequeat. Idem inde dicendum de Statuum Imperii dicasteriis, si illa appellantur ob gravamen in capitulo litis accessorio illatum a judge inferiore, præsertim si hic habeat jurisdictionem patrimoniale, vel in feudum, cuius fructibus privandus non est.

§. 10.

Prioribus.] Distinguendum est ita: in applicatione ab interlocutoria locum non habet beneficium non probata probandi quoad causam principalem. Sed nihil obstat, cur hoc beneficium locum habere nequeat quoad ipsum illud capitulum litis accessorium propter quod appellatum est, e. g. si causæ excusandi contumaciam rejectæ sint per sententiam interlocutoriam in applicatione, ab eadem omnino nova probatio permittenda est causarum excusandi contumaciæ.

§. XI.

§. 11.

Interponitur.] Quia vero in foris Germ. propter appellationem dantur remedia solum suspensiva contra sententias, quæ cum appellationibus parem habent effectum: hinc nequidem semper secunda appellatio admittitur, sed regula obtinet, quod contra tres conformes sententias nec appellations nec alia remedia admittantur. conf. LUDOVICI diff. de tribus conformibus.

§. 12.

Suspensivo.] i. e. ut appellatione interposta nihilominus sententia impugnata iterum detur executioni, donec in appellationis instantia discuti queat gravamen. Idem dicendum de remediis solum suspensivis.

§. 14.

Interponere.] Si scil. judex gravans plane non patiatur, appellationem sibi exhiberi, & coram se interponi. Alias, si id patiatur, sed refectionis decretum det sub prætextu deficientium gravaminum, appellandum est iterum a refectione, idque iterum continuandum ab ulteriori refectione, usquedum deferat appellationi, aut appellans a superiore requirere possit compulsoriales & dimissoriales.

§. 15.

Apostoli.] His jure rom. & canonico eo magis opus fuit, quod lege generali vix potuerit in univer-

universum constitui certus terminus appellationis introducendæ ob diversam instantiam locorum a fede imperiali & papali. Ne ergo appellans eo abutatur, opus fuit, ut judex per apostolos definiat terminum introducendæ appellationis. In Germ. in plerisque territoriis jure provinc. definitus est terminus introducendæ appellationis. Unde in terris Brand. & quodammodo in Elect. Sax. judex jussus est, ut loco apostolorum intra certum tempus ab interposita appellatione acta cum relatione transmitrat ad judicem superiorem, qui statuit, an appellatio recipienda, vel non.

Recipiendos.] Vulgo zur Ablösung, & quidem sub pena non devolutæ appellationis.

§. 16.

Dimissoriales.] Hi sunt, quibus judex a quo gravaminibus adsentit, adeoque occurrere nequeunt, nisi sententia ab extraneis sit petita. Verum etiam hoc casu judicem reddunt suspectum de studio partium. Unde plerumque dantur solum reverentiales, quibus judex a quo nec pro appellante, nec contra eum aliquid profert, sed faltem appellationi locum dat in reverentiam seu honorem superioris.

§. 17.

Generali.] Quod quidem in Germ. factum non est in appellationibus a judiciis inferioribus ad tribunalia provincialia, bene tamen in appellatione a tribunalibus provincialibus ad judicia

R.

impe-

imperialia, aulicum & camerale; siquidem in his appellationibus præfixum est spatium quadrimestre reproducendi appellationem, per rec. imp. ab Aut. cit.

Deserta est.] In foris dicitur appellatio non devoluta, de qua judex a quo pronunciare solet, quia sententia revera abiit in rem jud., quamquam nonnullis legibus prov. etiam hoc casu judicium sit penes superiorēm. Deserta appellatio presso sensu dicitur, si quid neglectam circa introductæ appellationis justificationem, de qua re judex superior pronunciet.

§. 18.

Adversarii.] Ad terminum justificationis.

§. 19.

Per se.] i. e. citra inhibitoriales statim a momento, quo judici a quo appellatio exhibetur. Consultius tamen est appellanti, ut a superiorē impetret inhibitoriales, ut judici a quo illas exhibeat, ut ille inde discat, appellationem rite esse devolutam per introductionem legitimam, & a superiorē acceptam.

§. 21.

Admittant.] Imo & juramenti delationem & novas exceptiones peremtorias, cuius ratio est, quod appellatio causam reducere dicatur ad statum litis-contestationis. Sed sic tota fere prior instantia cum terminis peremtoriis & interlocutionibus vires rei jud. naestis amittit vires suas per

per beneficium non deducta deducendi. conf.
LUDOLPHI HUGONIS tr. de abusibus appellatio-
num tollendis.

§. 22.

Reformando.] Non solum in favorem appellandis, sed etiam appellati. Adeoque reformatio fieri potest respectu appellantis in deterius quoad punctum appellatum; indeque appellationi tribuitur effectus communicativus, & appellatio dicitur beneficium commune; quod etiam procedit in reliquis remediis solum suspensivis contra sententiam competentibus. Quod si tamen sententia plura habeat capita, dicta tantum pertinent ad punctum sententiae, a quo appellatum, non vero ad reliqua sententiae capita, quippe quae in rem jud. transeunt, nisi adversarius intra decendum ipse adpellat, aut intra illud tempus appellationi adversae partis adhaerat.

§. 23.

Praefat.] Seil. relatione pendente omnia manent in statu quo, donec rescriptum decisivum a superiori emanaverit.

K. P. G. C. P. R.

Von den *Instantien in Consistorial Sachen* sagt die Neumärk. *Instruction* §. 139. das, da in Consistorialibus vormahls nur zwey Instantien gewesen, so folle es auch, wenn duas conformes sind, dabey gelassen; wenn aber diversæ sententiae vorhanden, die dritte Instantie zugelassen werden.

TIT. XXX.

DE CONFIRMATIONE UTILI &c.

§. I.

Ratificat.] Ejusmodi enim confirmatio saltim eo fine fit, ut actui concilietur, fides, & facilior sit ejus probatio, quia super tali actu documentum autoritate judicis confici solet, quod tanquam publicum de jure communi recognitione non indiget. Multo minus adversario licet illud diffiteri, quia pro actu judiciali præsumtio militat, quod sit legitime gestus.

LIBER III.

TIT. I.

DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM.

§. 4.

Componeret.] Qui tamen præter dicta ab eo, quod canonici essent veri clerici, & sic vacarent negotiis ecclesiasticis expediens in cultu divino externo, cum ex adverso monachi regulariter debeat abstinere ab omnibus negotiis ecclesiasticis & secularibus, atque soli contemplationi & orationi divinae operam dare, & sic propriè non essent clerici. Adde, quod nonnulli canonici, scil. qui seculares dicuntur, nequidem amplius communem agant vitam.

Cano-

Canonici.] Quia juxta canones seu regulas viri cujusdam sancti, in specie Augustini, vietam communem externam instituere debuerint; quamvis olim alio sensu omnes clerici ordinarii ecclesiae cujusdam dicti sint canonici; partim quod canon denotaret matriculam seu indicem, in quem referendi erant clerici ordinarii ecclesiae; partim a canone frumentario vel alio; partim a sportulis, quae illis praestabantur. Quales clerici ex sportulis participantes dicti sunt fratres sportulantes.

§. 5.

Collegiate.] Vulgo Unter-Stifter; quemadmodum ecclesiae cathedrales dicuntur hohe Stifter, quae immediate subsunt episcopo.

Virginum.] Quae se dixerunt domicellas, canonicissas, Stifts-Fräulein, Stifts-Jungfern.

§. 7.

Canonicorum.] Quamvis etiam quædam bona manserint communia inter episcopum & canonicos. Unde tum in beneficiorum, tum in feudorum ecclesiasticorum collatione illa diversitas est attendenda, ita ut quædam ex canonicorum, quædam episcopi, quædam ex hujus & illorum collatione simul dependeant.

Divisis.] Ita ut cuilibet canonicatui singulares redditus assignati sint nomine præbendæ venientes.

Continuarunt.] Et raro veniunt nomine canonorum, sed in ecclesiis cathedralibus dicuntur Dohm-Herren, in collegiatis vero Stifts-Herren. Protestantibus supersunt canonici seculares, non vero regulares.

§. 9.

Præpositus.] Quin etiam in ecclesiis cathedralibus evangelicis, quæ quondam Imperio immediate fuerunt subjectæ; postquam vero secularitate sunt, relicto tamen collegio canonorum, deficiunt episcopi, & soli supersunt præpositi, die Dohm-Præbste.

§. 11.

Scholaſtici.] Reliqui canonici sunt gregarii, nec in numero prælatorum.

§. 12.

Capitulorum.] Evidem non solum cathedrales ecclesiæ, sed etiam capitula collegiata antiquitus adstringebantur, ut instituerent pro viribus reddituum suorum scholas, quibus juniores clerici in litteris instituerentur, & origo academiarum ab ejusmodi scholis ecclesiistarum Italicarum duci debet, quæ in quatuor Facultates sensim sunt divisæ, tot disciplinis inventis & traditis in academiis. Unde academiae etiam ad corpora ecclesiastica & clericatum relatæ sunt, quamvis postea multæ academias seorsim sint instructæ.

Eman-

Emanciparetur.] i. e. declaretur, eum legitimum studiorum cursum absolvisse.

Licentiati.] Ipsa enim hac dignitatum collatione declaratur publice, quendam legitime decurrisse stadium studiorum, & eundem ex scholis dimissum cum præmio studiorum rite ad finem perductorum.

Eft.] Præter dicta enim Autoris de nobilitate in Germ. adhuc admittendum est, quod præbendæ & canonicatus saepè adhibeantur ad sustentationem filiorum principum & comitum juniorum a successione exclusorum.

Supprimendis.] De quibus Instr. Pacis Westph. constituit, ut possessoribus mortuis iterum conferri non debeant.

§. 16.

Tenentur.] Quamvis ad lib. I. jam dictum, quod ordinationem differre soleant saepè ad seruos annos, & per dispensationem saltem frui præbendis per receptionem characteris indelebilis, impudentis redire ad statum laicalem.

Solventes.] Adeoque canonici inter Protestantes plane non ordinantur, quia non sunt ministri verbi divini & sacramentorum. Quin etiam inter Pontificios officio presbyterorum &

diaconorum raro ipsi canonici funguntur, sed loco horum vicarii.

§. 18.

Faetis.] Ita ut laici non convenirent singulis diebus statim horis in sede sacra precum publicarum gratia. Attamen monentur, ut domi preces matutinas vel vespertinas fundant pulsus campanæ majoris. Huic accessit, quod ex rec. imp. de ao. 1598. §. 40. ob metum invasionis Turcicæ preces quoque meridianas facere jussi simus, quem in finem horâ XII., aut aliis locis horâ XI. signum datur campana.

Extenderunt.] A quibus referuntur septem horæ canonicae in memoriam passionis Jesu Christi, quæ versibus continentur sequentibus:

Hæc suht, septenis propter quæ psallimus
horis;

Matutina ligat Christum, qui criminâ purgat;

Prima replet sputis, dat causam tertia mortis.

Sexta cruci necit, latus ejus nona bipertit.

Vespera deponit, tumulo completa reponit.

Communicantibus.] Et patronis. Ceteris laicis navis ecclesiae saltē pater.

§. 19.

Necessitate.] Ut magnam partem anni absint ab ecclesia, & in choro non compareant; quo tempore eodem modo incedunt, ut laici. Adde, quod luxus hujus seculi longe aliter se habeat,

habeat, quam quondam, ita ut quæ olim pro arrogantibus habita, nunc pro talibus haberi nequeant.

§. 21.

Vivant.] Quapropter etiam inter Protestantes non solum clericci, qui sunt ministri verbi divini, coercendi sunt, si indecoram agant vitam; verum etiam canonici, si ita excedant in vitiis, ut fiant dedecus collegii. Et quidem per gradus procedit solet, ita ut initio saltem correptione judiciali, mit einem Verweis vom Consistorio, coerceantur; postea suspensione ab officio; tandem vero; si prorsus incorrigibiles existant, removendi sint.

§. 22.

Genuina.] Quamvis capitulum magnam partem ex canoniceis pontificieis consistat, & quædam saltem membra protestantes sint, hæc ramen nihilominus tanquam vera collegiæ ecclesiastici membra gaudent juribus clericorum. Nec obstat, quod ordines non recipient, nam nec omnes canonici pontificii ordines recipiunt statim, ubi canonici sunt.

§. 23.

Recipient.] Quippe qui se non destinarunt ecclesiæ & officiis ecclesiasticis in verbo divino & sacramentis administrandis, sed laici æque fuerunt monachi.

Vitam.] Ita ut quidem habeant bona toti ordini communia, attamen distributa, ita ut singulis equitibus prædia tanquam præbendæ singulis canonicis sint assignata. Quapropter etiam singuli equites sibi acquirere possunt, secus a monachi. Adde, quod non abstineant a negotiis secularibus, uti monachi, qui nec militiae vacare possunt.

§. 24.

Papalibus.] Quemadmodum enim collegium instituere non est privati arbitrii, ita pariter institutio ordinum sacrorum tam inter equites, quam inter monachos a privato arbitrio non pendet, sed a pontificiis refertur ad autoritatem papalem,

K. P. G. C. P. R.

Das Circul. de 6 Febr. 1744. verbietet, dass die Prediger bey Vermeidung der Suspension mit ihren Patronen nicht unnütze Processe anfangen sollen. Auch ist durch die Verordn. vom 8. und 18. Jul. 1733. 1. Januar. 1734. und 18. Junii 1742. derselben verboten, ohne Permission des Consistorii aus der Provintz, und ohne Königl. Erlaubniß aus dem Lande zu verreisen. Zu Berlin darf kein Prediger, nach dem Rescript de 2. September 1736, ohne Königl. Erlaubniß aus der Residentz verreisen. Das neueste Circulare de 14. September 1769. erfordert des Ober-Consistorii Consens zum Verreisen, nur alsdenn, wenn der Prediger einen Sonntag, oder länger, als drey Tage abwesend seyn will; auch sollen in allen Fällen

Fällen die Predigers ihren Patronen von ihren Reisen Nachricht geben. Der Etats-Minister vom Departement geistlichen Affaires kann solche Erlaubniß auch ertheilen. *Cabinets-Ordre vom 23. Juli 1751.* Wie übrigens die Consistoria auf derer Prediger Conduize wohl Acht haben, und mit aller Rigeur verfahren sollen, davon siehe *Edict vom 29. September 1736.* und *4. October 1750.* Schon nach der *Verordn. de 26. September 1737.* sollen Prediger, so den Gemeinen Aergerniß geben, nicht mit blossem Verweisen belegt, sondern cum Effectu suspendirt, oder gar cassirt werden. Das *Edict vom 16. Maii 1760.* gebietet, wie der Prediger und Schul-Lehren Excesse untersucht, und solche nach befundenen Umständen bestraft werden sollen. Anbelangend die *Schulen und Universitäten,* so sind, außer den alten Verordnungen von 1708, 1716, 1717. und 1718, zu merken; dass die Schul-Bedienten die *Ingenia recte prüfen sollen. Verordn. vom 15. Decemb. 1736.* und in *Ost-Preussen vom 25. August. 1708.* (beym GRÜBEN in Corp. Constit. Prut. P. I. n. 15.) und dass die Eltern ihre Kinder fleißig zur Schule schicken sollen. *Rescript de 29. December 1736.* in *Ost-Preussen von 6. December 1717.* welcher gestalt den *Schulen auf dem Lande,* und derer selben Lehrmeistern aufgeholfen werden solle. *Verordn. vom 11. Januar 1738.* In den *Stadt-Schulen* soll nach dem *Rescript de 20. December 1764.* ohne Approbation des Ober-Consistorii kein neuer Schul-Lehrer vocirt werden, oder ascendiren. Nach dem *Circul. vom 14. September 1769.* sollen auch die *Schul-Bediente* niemals ohne des Patroni und Inspectoris oder Predigers Vorwissen, und Erlaubniß *Reisen* vornehmen. Und Innhalts *Circular. vom 28. December 1769.* soll ein jeder Schul-Lehrer, welcher nicht fünf Jahre (in *Ost-Friesland*

land drey Jahre, *Rescript vom 7. September 1775.*) in seinem Amte bleibt, die Vocations - Confirmations - Reise und andere Kosten der Casse, aus welcher solche Kosten genommen worden, wieder erstatten. Welches einem jeden bey seiner Annahme bekannt zu machen ist, Ferner notetur das Reglement wegen der teutschen *Privat-Schulen in den Städten und Vorstädten Berlin* de 16. October 1738. auch die *Gymnasien- und Schul-Ordn. de 24. October 1713.*, desgleichen die *Instruction für die Inspectores des Joachimsthalischen Gymnasii und Seminarii theologici* vom 16. Jul. 1731. benebst deren Confirmation vom 25. Jul. e. a. auch das *General - Land - Schul - Reglement de 12. August 1763.* (und *Declaracion wegen des Schul-Geldes vom 11. Januar. und 14. November 1771.*) Nach dem *Circul. an fämmtl. Cammern, von 1. Januarii 1769.* sollen auch die Beamten auf dem platten Lande dahin sehn, dass die Eltern ihre Kinder so viel möglich die drey Sommer-Monath wöchentlich wenigstens zwey mahl, die übrigen Monath hingegen tagtäglich zur Schule halten. Die Sommer-Schule wird von Ostern bis Michælis, und die Winter-Schule von Michælis bis Ostern gerechnet, nach der *Verordn. vom 28. August 1766.* Jeder Inspector soll vor Michælis jeden Jahrs dem Ober-Consistorial-Secretair anzeigen, wie viel Exemplarien der Schul-Catalogen in seinem Creyfe auf das Jahr gebraucht werden, auch solche berechnen, und das Geld für die Patronats-Schulen so gleich mit einsetzen. *Circular de 29. October 1778.* Die Vorschrift eines Schul-Catalogi lautet vom 27. Junii 1765. und 10. October 1771. (NB. vor die Land-Schulen, auch die Schulen kleinerer Städte!) wodurch die Schul-Visitationes cessiren. Wie die Studenten auf Königl. Universitäten sich betragen und verhal-

verhalten sollen, davon siehe Reglement vom 9. Maij 1750. Nach der Verordn. vom 3. August 1764. soll sowohl von den Studirenden, welche sich durch Fleiss und gute Aufführung distinguiren, als auch von denen, bey welchen keine Ermahnungen Statt finden wollen, jedes halbe Jahr Berichte eingefendet werden. Notetur etiam das Reglement de 24. December 1749. wegen des Disputirens der Professorum und Studenten. Was für Anweisung denen Studirenden gegeben, und wie die Collegia eingetheilt werden sollen, davon siehe Rescript an die Universität Halle de 12. December 1763. und 21. December 1764. Wie es aber mit der Bezahlung und Beytreibung der Collegien-Gelder bey der Universität Halle zu halten, das besagt das Reglement vom 16. November 1764. und 26. Januar. 1767. Die im Lections-Catalogo angefetzte Collegia sollen auch' würklich gelesen, und in der dazu angefetzten Zeit zu Ende gebracht werden; worüber der Decanus jeder Facultät am Ende eines jeden halben Jahres pflichunässig berichten muss. Verordn. vom 3. August 1764. Die Confirmation der Jurium und Privilegiorum der Universität Frankfurth, auch absonderlich die Äquiparirung derselben mit den hohen Stiftern, und Ranges des Rectoris Magnifici, lautet vom 20. August 1688. und der Universität Königsberg vom 24. October 1541. 18. April 1557. 28. März. 1560. Das Reglement für derselben Universität betreffend die Verwechselung des Rectorats, und Decanats, den Besuch der Conciliorum, der dortigen Exercitien-Meister, und Bibliothec &c. vom 29. Martii 1751. Endlich ist annoch wegen der Stipendiaten zu merken, dass schlechterdings kein Termin eines Stipendii an einen Stipendiaten ausgezahlt werden solle, wenn er sich nicht durch ein schriftlich Zeugniß we-

gen

gen seines Fleisses und guten Aufführung von der Facultät legitimirt, auch daß er denen auf Universitäten eingeführten Collegiis examinatoriis beygewohnt, und darin gut und ordentlich geantwortet habe. *Circulare de 10. November 1771.* vide etiam *Rescript de 17. April. 1765.* und schon nach der *Verordnung von 14. Maij 1735.* soll kein Student, der ein Stipendium genosßen, wenn er nicht disputirt, befördert werden; wie denn auch nach dem *Patent vom 5. Febr. 1734.* die Stipendia nur denenjenigen, welche auf der Universität zu der Zeit, da selbige fällig, wirklich studiren, gegeben werden sollen; Und Innhalts *Rescript vom 13. Febr. 1766.* soll in denen den Stipendiatis zu ertheilenden Testimoniis mitbemerkt werden, ob dieselben, so viel es dem Attestanti bekannt, durch ihren Aufwand den Verdacht erweckt haben, daß sie des Stipendii nicht bedürftig gewesen; und dieses auch in den Fällen, wo der Stipendiat nicht dergleichen Verdacht erweckt hat. Die *Statuta der Königl. Academie derer Wissenschaften* sind vom 24. Januar. 1744. (in *Suppl. Cont. Corp. Conſt. March. de 1737-1747.* sub 47. befindlich.) Uebrigens ist in *Oft-Preußen* (beym GRÜBEN in *Corpore Conſt. Prut. P. I.* n. 19.) ein *Edict vom 14. Junii 1709.* daß sich die Studiosi Theologie der hebräischen und griechischen Sprache befleißigen sollen. Mehrers wegen der Oft-Preußischen studirenden Jugend auf Schulen und Universitäten, wie auch der Candidatorum Ministerii siehe in *Verordn. vom 30. September 1718.* (beym GRÜBEN l. c. n. 54.) und wegen der Stipendien und Stipendiaten daselbst die *Verordnungen von Jun. 1690, 27. October 1695, 16. Febr. 1711, 14. Febr. 1706.* (beym GRÜBEN n. 133-136.) Nach der *Verordn. de 29. März. 1764.* und *13. Februar. 1777.* sollen die Stipendien-Tabel-

len

LIB. III. TIT. II. DE COHABITATIONE &c. 239

len ohnausbleiblich gegen die Mitte des Aprils in
Duplo unter des Chur-Märkl. Ober-Consistorii
Addresse jährlich eingefendet werden.

TIT. II.

DE COHABITATIONE CLERI-CORUM ET MULIERUM.

§. 1.

Ligentur.] Nam monachi ex solenni voto proprio se obligant ad cælibatum. Clerici autem non ex voto, sed ex statu suo cælibatu*m* obnoxii sunt, quia leges ecclesiasticae ordini clericorum imposuerunt necessitatem vitæ cælibis. Absoluta tamen hæc necessitas sequiori demum ævo imposita fuit, adeoque ulterior ratio hujus tituli inde petenda est, quod ex sententia quorundam Patrum vita conjugalis perosa fuerit, ideoque multi ex laicis utriusque sexus, præfertim vero multi ex clericis propositum ceperint agendæ vitæ cælibis, quod viderentur sanctiores aliis. Sed cum hoc propositum sèpe cœperit invitâ Minerva, clanculum consueverunt cum feminis; quod cum in scandalum ecclesiæ cederet, causam dedit prohibitioni consuetudinis cum feminis h. t. proposita.

§. 3.

Novo.] Romano jure enim ante tempora Leonis concubinatus fuit societas maris & feminæ

minæ cœlibis, sed solennibus & effectibus civilibus matrimonii destituta, plerumque contracta cum feminis vilioris fortis, unde hæc honore & juribus uxoris non gaudebat, nec liberi juribus familiæ paternæ fruebantur, nec pater potestatem civilem in illos habebat. Indeque adparet, quod diversus fuerit concubinatus a pellicatu, stupro, scortatione, adulterio, tanquam coitus bus damnatis. conf. THOMAS. diff. de concubinatu.

Vilioris.] Imo quamvis æqualis sit conditionis femina. Etenim jure can. & inter Protestantates etiam in Germ. concubinatus est consuetudo cum femina soluta maris soluta circa benedictionem sacerdotalem, & leges imp. eum æquipararunt stupro.

Ratum.] i. e. ad præscriptum legum ecclesiasticarum rite initum, adeoque indissoluble, & inter Pontificios sacramentum, si nimurum matrimonium cum benedictione sacerdotali quidem, sed cum femina vilioris conditionis initum sit a marito, a quo leges civiles exigunt, ne uxorem ultra proximum dignitatis gradum in matrimonium ducat.

Alunt.] Nisi forsitan concubinas suas velint ducere uxores intra breve tempus, quod magistratus præfigit.

K. P.

K. P. G. C. P. R.

Vide Visitat. und Consistorial-Ordn. de 1573.
verb. Weil auch GOTtes Wort &c. Von anno
1603. ist auch ein Mandat an alle Pfarrern, dass
sie bey Verlust ihres Pfarr-Amts auf den Con-
cubinat Acht haben sollen, und wie demselben
zu steuern sey.

TIT. III.

DE CLERICIS CONJUGATIS.

§. I.

Laudata.] Quia vita cœlebs respectu homi-
num, qui dono continentiae instructi sunt, ple-
rumque perfectior vitâ conjugali, multis obno-
xiâ incommodis; quod tamen non ad solos cle-
ricos, sed ad omnes pertinet homines.

Episcopus.] Quia singulare exemplar vir-
tutum esse debet, adeoque illud quoque præ-
stare per monogamiam, quamvis ceteris christia-
nis polygamiam non interdixerint apostoli.
Præterea in prima ecclesia eò respiciebatur, ut
episcopi & presbyteri essent cœlibes, quod curâ
rei familiaris minus abstraherentur a cura ecclæ-
siae. Atiamen simul quoque eò respiciebatur,
ut vidui & senes ad ejusmodi officia admove-
rentur, qui cœlibatum certum agere poterant.
Sed hoc ad præsentia ecclæsiae tempora haud
spectat.

Q

§. 3.

§. 3.

Sortiendi.] Cum enim Papa Siricius vixerit vergente Seculo IV., quo episcopo romano nullum in ceteros fuit imperium, sanctio ejus nec generalem vim in occidente efficere poterit. Verum Gregorius VII. demum generali constitutione ccelibatum præcepit.

§. 4.

Quicunt.] Quia adhuc deserere possunt statum clericalem.

Ejurato.] Hoc ita cape, quod eo ipso, quo clericus matrimonium init, renunciasset videatur clericatui & beneficio.

Coguntur.] Quia ordinem ecclesiasticum deserere nequeunt, & quia commissione videntur attentatum criminis apostasie, scil. ordinis.

Clericali.] In terris tamen Protestantium non desunt exempla, quod canonicis pontificis salvo beneficio principes indulserint dispensationem, quod pontifices ex emulatione imitati sunt.

§. 5.

Facultate.] Cum enim matrimonium pertineat ad ea, quæ facultatis sunt humanæ, hæc vero lege positiva restringi possit, idem de matrimonio canonicorum dicendum est, modo, qui dono continentiae non gaudet, libertatem retinet

neat resignandi officium, cui ccelibatus imposi-
tus est.

Ineunt.] Canonici vero Pontificii ccelibatu
obnoxii sunt; quibus tamen, si sint in territo-
rio principis evangelici, in quo anno 1624. epi-
scoporum potestas non obtinuit, matrimonium
concedere potest princeps territorialis.

TIT. IV.

DE CLERICIS NON RESIDEN-
TIBUS &c.

ad §. 1.

Exercere.] Cum enim ministeria ecclesiastica
sint officia publica, ad quæ personæ industria
est electa, adeoque per præsentem expedienda
sunt, requirunt, ut ipse minister adsit in ecclesia.
Quia vero invaluerunt vicarii perpetui, & opini-
o ac mos, ut per hos ministeria ecclesiastica
exerceri queant, canonicis perpetua residentia
remissa est, & ad tempus aliquod solummodo
limitata.

§. 2.

Debent.] Hoc pertinet ad residentiam stri-
ctam, scil. anni claustralibus. Aliud est in residen-
tia laxa annorum sequentium de qua §. 7.

§. 3.

Auspicandus.] Ita ut, si duo canonici di-
verso tempore auspicati sunt annum claustra-

Q 2 lem

lem seu residentiam strictam, is præfertur, qui prius absolvit primum annum, quamvis posterior illum sit auspicatus.

§. 4.

Panibus.] Unde hanc distributionem quotidiana in omnibus capitulis dicunt portionem similariam.

§. 10.

Removeri.] Quin si vacua fiat vicaria, tunc ea iterum necessario alteri conferenda, uti in ceteris officiis, & pro iis concedendis beneficiis juris est; adeoque vicariæ istæ ex legis necessitate constituendæ censentur. Quin quamvis canonici præsens sit vicarius, tamen nihilominus quoque in horis canoniciis in choro præsens esse debet.

§. II.

Vicarias.] In eadem ecclesia. Quod si vero plures in eadem urbe sint ecclesiæ, in quibus horæ canonicae non eodem momento celebrantur, sæpe accidit, ut unus vicarius sit vicarius in pluribus ecclesiis.

K. P. G. C. P. R.

Wegen der statuenmäßigen Residenz, siehe das Circulare vom 9. April. 1744. Uebrigens von dem Verreisen derer Prediger, und Schul-Männer ist bereits ad Tit. 2. h. L. gesagt worden.

TIT.

TIT. V.

DE PRÆBENDIS ET DIGNI-
TATIBUS.

§. 1.

Paulus.] Nimirum nonsolum juste ministri ecclesiæ pro operis suis recipiunt honorarium loco alimentorum, sed pertinet etiam ad officia ecclesiastica, ut alimenta præster ministris suis ex dignitate, quamvis minister volens gratis inservire queat; & sic non absolute opus est ordinatione ad certum titulum pro præbenda sumptum.

§. 2.

Olim.] In prima ecclesia ignorabantur beneficia seu præbendæ, quia ecclesia sub ethnicis imperatoribus non habebatur pro collegio licto, ut itaque bona propria possidere ei non liceret, per tot. tit. Cod. de colleg. & corporib. Quicquid itaque ex amore conferebatur a fidelibus, id statim vendebatur, & pecunia inde redacta mox distribuebatur inter egenos. Pacata demum ecclesia sub imperatoribus christianis latifundia acquirere cœpit, & redditus inde provenientes applicati sunt tum ad ministros ecclesiæ, tum ad pauperes alendos, tum ad ædes sacras sustinendas.

Partes.] Quarum erat prima episcopi, seunda clericorum, tertia pauperum, quæ tamen

Q 3

in

in multis ecclesiis evanuit, ita ut ejus loco stipendium colligere soleamus sub concione per sacram sonantem; & denique quarta portio destinata est fabricæ, i. e. ad reparandas ædes sacras.

§. 3.

Præf.] Imo beneficium, præbenda, & titulus modo denotat

- 1) ipsum officium ecclesiasticum clerici, modo
- 2) emolumenū, quod clero assignatum est pro officio ecclesiastico, modo
- 3) jus clero competens percipiendi emolumenta pro officiis talibus, præsertim ex rebus ecclesiasticis.

§. 4.

Vocant.] Evidem res ecclesiasticas latiore sensu Pontificii dividunt in

- 1) temporales, &
- 2) spirituales; hasque in
 - a) corporales,
 - b) incorporales, & his adnumerant præbendam; quamvis etiam hæc ad Protestantes non pertineant. Altera tamen ratio, quam Autor protulit, ad nos quadrat, scil. quod, qui officio non fungitur, neque debeat habere beneficium cum officio connexum.

Indu-

Inducta.] His commendationibus provisionalibus protestantes non indigent, quia canonici vix aliquid quoad officium expediendum habent, quod mortuo canonico alii esset commendandum, præsertim constitutis vicariis, & præbendæ redditibus per annum defervitum atque per annum gratiæ cedentibus viduæ & liberis canonici defuncti. Quoad reliquos clericos respectu reddituum ex bonis ecclesiasticis provenientium illud obtinet, & officia clericorum non indigent, ut aliis commendentur, quæ ab aliis clericis ejusdem circuli per vices administrari debent.

§. 9.

Captant.] Hinc quidam acquisitionem præbendæ, ejusque emisionem, quæ canonicis familiaris est, habent instar contractus vitalitii, Leib-Renten Kauf, quæ comparatio secundum quid fieri potest, non tamen ipsa res proprie ita se habet, quia officium canonicorum est officium publicum ecclesiasticum, quanquam admodum degeneraverint, & canonici inter clericos referantur. Evidem secularia officia ementes revera pari modo id intendunt, quod sit in contractu vitalitio; nemo tamen negat, officia talia manere officia publica.

§. 14.

Sine causa.] Scil. onerosa, i. e. non pro officio ecclesiastico.

metioix

Q 4

§. 15.

§. 15.

Militesque.] Non raro enim emeriti officiales militares aut aulici ejusmodi pensionem nanciscuntur, ut inde alantur, præsertim in Gallia. Quin etiam clericis vacantibus seu ecclesiâ sua pullis, nec non studiosis studiorum causa ejusmodi pensiones assignantur.

§. 17.

Erigantur.] Eriguntur autem præbendæ seu beneficia ecclesiastica eodem modo, uti ipsæ ecclesiæ, aut officia ecclesiastica. Nimirum tres sunt modi erigendi beneficia ecclesiastica, scil. fundatio, immutatio, restitutio.

Perficiendum.] Quia nemo privato ausu publicum officium publici cultus divini causa ordinare potest. Beneficia vero jam erecta facilius licet augere privato ausu per legata & donationes, nisi forsan legibus prov. restricta sit facultas destinandi quid piis corporibus tanquam manui mortuæ.

§. 18.

Transmutatione.] Scil. si beneficium aliquod immutetur in aliud e. g. si beneficia canonicorum secularium immutentur in beneficia canoniconorum regularium.

Nequeat.] Quæ referunt Pontificii, si beneficium assignetur statui imperfectiori. Imperfectiorem vero statum dicunt, qui habet laxiorem

xiorem perfectionem, vel qui habet strictiorem
vitæ monasticæ regulam. Adeoque licet qui-
dem immutatio officii & beneficii ecclesiastici la-
xioris in strictius, non vero hujus in illud. Et
hæc est ratio notæ sub litt. φ .

§. 19.

Vacaverit.] Hi canonici supernumerarii
nihil sunt, quam expectivarii, & saepe fit, ut ejus-
modi expectativæ infantibus concedantur, quia id
gratis plerumque fit, & ex adverso præbendæ
plerumque magno acquiri solent pretio.

Promovendi.] Si nimirum præbenda quæ-
dam vacet in mense capitulari. Nam in men-
sibus papalibus, & in terris Protestantium in
mensibus principis præjudicium ejusmodi expe-
ctativæ inferre nequeunt collationi extraordina-
riæ pontificis vel principis, & quidem illius ob
Concordata nationis Germanicæ, hujus vero,
quia jura papalia exerceat.

§. 20.

Annexam habent.] DD. juris can. cum
hoc clericorum officia distingunt

- 1) in dignitatem, quæ dicitur functio ecclæ-
siastica, tribuens prærogativas præ cet. ris
clericis unà cum jurisdictione in clericos
- 2) personatum, qui dicitur prærogativa præ
ceteris clericis, sed sine jurisdictione, ut

Q5 potest

pote ut inter clericos in choro, capitulo, processionibus, superiorem habeant locum.

- 3) In officium stricto sensu dictum, quod dicitur functio ecclesiastica sine personatu & dignitate, quale officium habent canonici gregarii & alii clerici gregarii.

§. 21.

Collativa.] Addunt canonistæ beneficia institutiva, & sic triplicem habent viam perveniendi ad officium & beneficium ecclesiasticum, scil.

- 1) electionem capituli, quæ obtinet in beneficiis, quæ dignitates habent, vid. §. seq.
- 2) collationem vel prælati vel capituli, vel utriusque, quæ obtinet in ceteris beneficiis liberis; &
- 3) institutionem factam ab episcopo ad præsentationem patroni, quæ obtinet in beneficiis & ecclesiis juri patronatus subiectis.

Confert.] In Germ. canonicatus in terris pontificiorum & capitulis pontificiis conferuntur aut a papa, aut a capitulo, pro diversitate mensis, in quo beneficium vacat. In capitulis mediatis evangelicis princeps confert beneficia in mense papali vacantia, in terris Brand. vero princeps & capitulum conferunt per turnum, i. e. per vias.

§. 22.

§. 23.

Papalis.] Inter protestantes pluralitas beneficiorum curatorum seu ministrorum ecclesiasticorum parochialium nequidem uni per dispensationem conceditur, quia vix iis supereesse potest, & vicarios habere non permittitur; in canoniciis autem frequens est pluralitas beneficiorum, cum facile impetretur dispensatio a necessitate residendi.

§. 24.

Consistorio.] Nam consistoria evangelica sunt saltem judicia jurisdictione ecclesiastica instructa, non vero possunt exercere gratiam & excipere quid a jure ordinario, nisi ex speciali concessione imperantis. Ideoque instructa non sunt omni imperio ecclesiastico, seu pleno jure circa sacra. Unio autem ecclesiarum non pertinet ad causas judiciales, & ad jurisdictionem, sed tanquam causa ardua de regula juris ordinarii pertinet ad imperantem.

§. 25.

Uniendis.] Præsertim si parochiani habeant jus eligendi ministrum ecclesiæ, vel saltem consulum habeant in constitutione ministri ecclesiæ, utpote si habeant votum negativum in præsentatione a patrono facienda.

§. 26.

§. 26.

Vagans.] Adeoque mater & filia vagans est temporaria. Evidem regulariter unio ecclesiarum per subjectionem æque ac reliquæ species unionis in perpetuum fiunt. vid. §. 31. Adeoque hoc facto non aliter desinit unio, quam eodem modo, quo autoritate superioris divisio beneficiorum & ecclesiarum fit. Ceterum unionem quoque temporariam in aliis beneficiis extra ecclesias parochiales aliquando fieri posse, adparet ex cit. §. 31., ita ut ex unione temporaria non semper oriatur mater & filia ecclesia.

§. 27.

Maneant in se.] Adeoque etiam ecclesiæ unitæ manent diversæ societates seu universitates, Gemeinden, nec in unam ecclesiam coalescunt.

Matrix.] Attamen præterea quoque alia est ratio, unde oriri potest ecclesia mater & filia; si nimurum divisio ecclesiarum ita fiat, ut fundatâ ab ecclesia principali alia fundetur ecclesia, quæ a principali ecclesia fundante dependere debet tanquam filia.

Immediate.] Et quidem vel ita, ut habeat ædem sacram, in qua parochus ecclesiæ matris sacra administrare debeat, vel ut talem non habeat, sed sacrorum causa adire debeat ædem sacram ecclesiæ matris, quo casu parochiani filiæ concurrere debent ad onus reficiendæ ædis sacræ ecclæ.

ecclesiæ matris, imo & ad reliquā hujus ecclesiæ
onera, quod secus est priore casu.

§. 28.

Nequit.] Quod imprimis accidit in casu
unionis subiectivæ, si ita facta, ut ecclesia filia
non habeat separatam ædem sacram, sed ver-
bum divinum & sacramenta capiat in ecclesia
matre, qua forsan in alio territorio sita est.

§. 29.

Amittat.] Ita ut utraque ecclesia fiat una
eademque universitas, in qua neutra ex priori-
bus universitatibus præ altera præcipui quid ha-
beat, sed utriusque bona ecclesiastica coalescant
in unum patrimonium ecclesiasticum, & sic unum
idemque ærarium inde fiat ecclesiasticum.

§. 30.

Retineat.] Ita ut quælibet ecclesia separata
maneat universitas, & separatam retineat ædem
sacram aliaque sacra & ærarium propria.

§. 31.

Perpetue.] Nisi probari queat, causam
unionis saltem fuisse temporariam. Tunc enim
ipse effectus, scil. unio, ad tempus quoque se
saltem extendit, & cessante causa cessat effectus,
exemplum vide §. 26. Sed consultius est, ut in
unione ipsa id diserte exprimatur.

§. 33.

§. 33.

Extra ordinem.] Scil. contra regulas anti-
qui juris can., ex quibus nec de anno deservito,
nec de anno gratiae quid provisum, aut locum
habere potuit, dum etiam bona ministro ecclesie
quaesita intuitu ecclesiae ejus heredibus non
cedebant. Sed postquam beneficiorum fructus
proprio jure percipi credebantur, & vita com-
munis clericorum iterum derelicta est, atque im-
primis de præbendis canonorum veræ emtio-
nes venditiones initæ, ita ut instar contractus
vitalitii, Leib-Renten, habitæ sint, optime re-
ceptus annus deservitus & annus gratiae. Ac-
cessit, quod propter annatas novus canonicus
non statim potuerit percipere fructus præbenda-
suæ.

Carentia.] Hæc ratio quidem quadrat ad
prælaturas & canonicatus, non vero ad reliqua
beneficia parochorum, præsertim inter Prote-
stantes, siquidem novus minister ecclesiae offi-
cium vix suscipit, nisi simul redditus beneficii sui
percipere potest, ita ut interim in ecclesia va-
cante reliqui ministri ejusdem ecclesiae vel vicin-
arum ecclesiarum debeant fungi officio de-
functi.

Queat.] De hac ratione dubito, & videnda
potius dicenda ad not. X.

Viduae.] Inter Pontificios viduae huc non
pertinent, quæ de clericis prædicari nequeunt.
Statu-

Statutum autem citatum mox post reformatio-
nem istius capituli, quæ contigit 1460., factum
est, quamvis primus episcopus evangelicus eidem
præfuerit 1544., & sic forsitan pristini mores ca-
pituli retenti sunt.

Jure singulari.] i. e. non tanquam suc-
cessoribus in universum jus, sed ex singulari pro-
visione legis. vid. dicenda ad not. X.

X) Obtinet.] In solarium filiorum & vi-
duarum, qui post obitum ministri beneficio ce-
dere debent plerumque inopes & egeni.

K. P. G. C. P. R.

Wegen des Gnaden - Jahrs ist ein Rescript
vom 9. Maj. 1708. dass an den Orten, wo ein
ganzes und völliges Gnaden - Jahr nicht Herkom-
mens und gebräuchlich ist, die Witben und
Kinder das Quartal, in welchem der Pfarrer ver-
storben, als ein Deservitum, und nach dessen
Verflüssung noch ein halbes Jahr die Pfarr - In-
traden zu genüßen haben sollen. Ferner sagt
das Rescript de 20. Junii 1739. dass die Prediger
Witben und Kinder ohne Unterscheid, nicht
nur von den Filibus, sondern auch vagantibus
das Gnaden - Jahr genüßen sollen, weil Vagan-
tes sowohl, als Matres & Filiæ die Dienste des
mit Tode abgegangenen Predigers, zu deren
Remuneration der annus gratiæ eingeführt ist,
genossen haben. Endlich nach der Verordnung
vom 20. October 1763. soll, so, wie den Prediger-
Witben, und Kindern, also auch andern Erben
eines Predigers, ohne Unterschied, (wenn auch
keine

keine Witwe und Kinder vorhanden,) das *Sterbe-Quartal* als ein Deservitum verbleiben; jedoch diese dagegen gleich den Witwen, und Kindern für die Bewirthung dererjenigen Prediger, die das Pfarr-Amt inzwischen verwalten, gehörige Sorge tragen. Die *Küster-Witben und Kinder* können kein Gnaden-Jahr, außer dem Sterbe-Quartal prätendiren. *Rescript vom 28. November 1740.* Laut *Cabinets-Ordres vom 20. October 1767. und 17. April 1770.* sollen auch die Prediger-Witben, gleichwie die Prediger selbst und die Schul-Bedienten, bey der *Accise-Freybeit* ungekränkt gelassen werden. Die *Französischen Prediger- und Schulbedienten-Witben und Erben* haben währenden Gnaden-Jahrs die völlige *Accise-Freyheit* nach dem *Rescript vom 23. Martii 1740.* Von der Fundation der Königl. Preuss. Evangelisch reformirten Prediger - *Witben- und Waisen-Caffe* in der *Chur-Mark Brandenburg &c.* siehe *Patent vom 13. August 1716.* Mehrers wegen anderer Prediger Witben - Cassen und dem Beytrage darzu, findet sich in dem *Circulare vom 16. December 1771.*

TIT. VI.

DE CLERICO ÆGROTANTE &c.

§. 2.

Accipiunt.] Qui vel ex ærario ecclesiæ honorarium accipiunt, vel illo deficiente prospiciendum est ipsis ab ecclesia per mensam ambulatoriam, & collationem quandam extraordinariam. Idem dicendum, si minister ecclesiæ morbo quodam chro-

chronico labore, ubi tamen spes reconvalescendi superest, quibus datur vicarius, seu coadjutor temporarius, præsertim in ministris ecclesiæ evangelicæ secundariis, quorum loco vicarius mercenarius ad tempus eo facilius constitui potest, quo minus hi ministri ordinantur.

Abjiciendi.] Quamvis enim re ex sola naturali ratione considerata id perfectæ obligationis adversum non sit, imperfecta tamen obligatio adversatur, quæ in perfectam obligationem mutata, tum quod jus can. in clericis fixerit indissolubile matrimonium cum ecclesia, tum quod deficiente licet inter Protestantes hac ratione merito tamen ministri ecclesiæ regulariter ad stabile officium vocentur, quo eo fideliorum operam commodo ecclesiæ naveant, & quo facilius ecclesia habeat fideles ministros.

K. P. G. C. P. R.

Nach der Consft. Ordn. de 1573. von Provinion und Versorgung der alten gebrechlichen Pfarrern, bekommt ein Emeritus, wenn er über zehn Jahr gedienet, den achten Theil derer Pfarr-Einkommen, wenn er es nöthig hat.

R.

TIT.

TIT. VII. & VIII.
DE INSTITUTIONIBUS. DE CONCESSIONE PRÆ-BENDÆ &c.

§. I.

¶) Venit.] Et collationis & institutionis terminus est æquivocus; nam collatio

I) generaliori sensu est quævis concessio officii & beneficii ecclesiastici. Cum vero hoc sit vel

α) electivum, vel

β) collativum in sensu generali sumtum; hinc

II) generaliori sensu collatio est officii & beneficii cum eo connexi *non electivi* concessio. Cum vero tale beneficium sit vel

α) liberum, scil. a jure patronatus, quod speciatim collativum dicitur, vel

β) non liberum, quod speciatim institutivum dicitur: hinc

III) stricte collatio est concessio officii & beneficii cum illo connexi *non electivi*, at-tamen liberi; eique contradistinguitur institutio; quæ vel

α) stricto sensu sumta & verbaliter dicta est præbendæ in præsentatum a patrono translatio; vel

β) latio-

B) latiore sensu dicta, ut etiam ad alia beneficia pertineat, & realis dicitur ea, quæ eadem est, ac introductio.

Archidiacono.] Vel in ecclesiis parochiali-
bus evangelicis ab inspectore, alicubi etiam a
Syndico civitatis.

§. 3.

Conferat.] Vel, ut dicunt, quem in be-
neficium instituat episcopus. Quibus ambagibus
ideo utuntur canonistæ, ne laicus spirituale quid
conferre putetur, nec tamen patronus laicus
prorsus excludatur a collatione beneficiorum, sive
a se, sive ab antecessoribus suis fundatorum.

§. 5.

Turnum.] Ita scil., ut singuli canonici per
vices conferant præbendas.

Electionem.] i. e. ut canonici conjunctim per
vota majora conferant præbendam.

Intromittere potest.] Quia ejusmodi colla-
tio pertinet ad jura episcopi personalia, quæ sede
vacante non revertuntur ad capitulum.

§. 6.

Canonicorum.] Tunc enim præbenda va-
cans necessario iterum conferenda non est, sed
consolidari potest, adeoque locus non datur juri
devotionis.

§. 7.

Canonicos.] Hoc enim ipso implicite ex-
pectativam habent in beneficium primum vaca-
turum

turum secundum ordinem & modum, quem Sphus seq. tradit.

§. 8.

Conferre.] Qui enim clericum constituit sine titulo seu beneficio, is tenetur ex jure can., quamprimum fieri potest, eidem providere titulum seu beneficium, quia secundum jus antiquum clerici sine titulo esse non debent.

§. 9.

Præferatur.] Regulariter enim in capitulis ultimus saltem locus vacat, uti & in aliis collegiis reliqui succedunt in locum vacantem, si ex membris sequioribus aliquod mortuum.

§. 12.

Subjectum.] Sub prætextu singularis curæ pro salute ecclesiæ, ut ea iterum nanciscatur ministerium dignum. Præsertim hoc contingit, si clericus quidam Romanus prefectus ibidec vel prope Romam in itinere, aut alibi quidem, sed in officio pontificis missus moreretur, de cuius morte pontifex collatorem reddebat certiorem, adjectâ simul commendatione successoris.

Accipienda.] Quapropter si proviso duo beneficia alternative, quod primum vacaturum sit, assignata sint, is primum vacans beneficium eligere tenetur; alias eo non factò intra tempus vigilantiae tota provisio evanescit.

§. 13.

Collatores.] Adeo ut etiam si collatores ordinarii festinando in collatione papam præveniant

rint in beneficiis, quæ generali bulla hic sibi non reservaverat, papa tamen ejusmodi collationem everteret prætextu, quod tale beneficium sibi jam reservaverit in pectore; unde natæ sunt reservationes in petto; quæ tamen, cum manifestam continerent fraudem, desierunt præferim post reservationes quasdam generalibus bullis ordinatas.

§. 15.

Noluit.] Neque hoc injustum est in expectativa gratis concessa tanquam privilegio gratioſo, adeoque revocabili, habito respectu ad principia justi, quanquam id non semper deceat. Secus esse deberet in expectativa titulo oneroſo concessa, indeque etiam, ubi propter benemerita concessa, utopte quod fit ſepiſſime in principiis ſecularibus, tam in beneficiis ſecularibus, quam in canoniciatibus. Talis enim exspectativa ob vim paſti oneroſi neque directe neque indirecťe per expectationem ſpecialem posteriorem, neque in totum, neque in tantum, utopte per clauſulam *anteferri* posteriori exspectativæ adjetam revocari deberet.

Præfertur.] Unde etiam, qui primo loco positus est, præfertur, ſi in eodem reſcripto duo exspectativarii commendantur.

§. 17.

Determinata.] His enim vi paſti collatio iſta extraordinaria relata eſt ad supremum jus circa ſacra. Hoc vero per reformationem pontifici

R 3 tanquam

tanquam usurpatori iterum evictum est per principes evangelicos, hisque per Pacem Westphal. confirmatum, & sic hi non possunt esse inferioris conditionis, quam papa in territoriis catholicis.

§. 19.

Solvendis.] Cum enim imperatores multorum beneficiorum ecclesiasticorum essent fundatores, & jure circa sacra iis a pontifice nondum erepto supremam haberent directionem ecclesiarum & bonorum ecclesiasticorum, omnino potuerant pro salute reipublicæ pensiones ejusmodi ex beneficiis & redditibus rerum ecclesiasticarum optimis assignare emeritis ministris secularibus.

§. 21.

Fuit.] Excepta Marchia Brandenburgica.

§. 23.

Vetus.] Evidem superioritas territorialis tam in secularibus, quam in ecclesiasticis Statuum imp. non ubique eodem tempore se habuit eodem modo, sed sensim ad praesens fastigium erecta est. Deinde etiam potestas papæ non ubique eundem natæ est effectum. Hinc non mirum est, quod Principes Imp. etiam in hac primiarum precum causa non ubique eodem jure usi sint, tum intuitu imperatoris, tum intuitu papæ. conf. de LUDEW. diff. de jure circa sacra principum Imp. ante pacem religiosam.

TIT.

TIT. IX.

NE SEDE VACANTE QUID IN-
NOVETUR.

§. 3.

Jure.] Citra mandatum, quamvis vicariam potestatem gerere dicatur §. 4., nam ad lib. I. jam accepimus, vicarios in jure can. non esse simpliciter aestimandos ex generalibus regulis mandati.

§. 4.

Queat.] Tum quod sede vacante ecclesia sit sine Pastore, tum quod alias præjudicium inferre posset capitulum futuro successori contra ea, quæ habentur tit. XII.

TIT. X.

DE HIS, QUÆ FIUNT A PRÆ-
LATO SINE CONSENSU CA-
PITULI.

§. 1.

Mediatis.] Quia hi ipsi capitulo ecclesiæ cathedralis subsunt, tum sede episcopali plenâ in causis arduis, utpote in quibus adhuc capitulum tanquam hujus senatus sanctior, præst imperio ecclesiastico, tum quod capitulum sede vacante imperium episcopale exerceat solum.

R 4

§. 5.

§. 5.

Necessitat.] Ut episcopus perfecte obligatus non sit, ut sequatur capituli consilium. Attamen exinde inferendum non est, quod plane non debat requirere consensum capituli.

Præscribuntur.] Nam valde incertum est, quid sint causæ arduæ, & magni momenti. Accedit, quod episcoporum potestas sensim aucta sit, & capitulum ecclesiæ cathedralis sensim per episcopum exclusum sit a regimine ecclesiæ. Hinc non ubique eodem modo se habet episcopi potestas, sed quod jure communi determinatum non est, a capitulationum vel consuetudinum determinatione dependet.

TIT. XI.

DE HIS, QUÆ FIUNT EX MAJORI PARTE CAPITULI.

Omnium.] Merito, quia quod pluribus ex collegio placet, propinquius accedit ad unanimem omnium consensum, quam quod paucioribus placet.

Deficit.] Adeoque facile aliquid obreptitie impetrari posset, si extra capitulum consensus impetretur, & ex adverso opus est, ut audiantur dissentientium rationes, hisque respondeatur, quod

quod fieri vix potest, nisi sic deliberatio inter
presentes instituatur.

§. 4.

Separatim.] Ita ut non sit considerandus
tanquam unicus canonicus, cum alias semper a
capitulo pluralitate votorum vinceretur, sed opus
est unione episcopi & capituli.

TIT. XII.

UT ECCLESIASTICA BENEFI-
CIA SINE DEMINUTIONE
CONFERANTUR.

§. I.

Ineat.] Et quamvis inter Protestantes conceptus
simoniæ papalis deficiat, committetur tamen
injusta nundinatio beneficiorum & officiorum ec-
clesiasticorum. Adde, quod intersit ecclesiæ,
ut beneficia sine diminutione conferantur succes-
fori, quo magis habere queat dignum & fidelem
ministrum. Imo qui succedit in locum alicuius,
succedit in jus ordinarium ejusdem, & haber
jus perfectum in beneficium, quod in perpetuum
salarii loco constitutum est officio cuidam.

K. P. G. C. P. R.

Unterm 27. Jul. 1769. ergießt ein *Circulare*
an alle Inspectores, daß in Zukunft, zu Vermei-
dung allerhand Mißnelliigkeiten, die zu errich-
tende Vergleiche zwischen der Witwe und Kindern
des verstorbenen Predigers mit denen anziehenden

Predigern, wegen des Pfarr-Einkomens, mit Zuziehung eines Justitiarii, oder andern Gerichts-Personen, errichtet werden, und die Kosten von denen Partheyen zu gleichen Theilen bezahlt werden sollen. (siehe auch bey Lib. I. Tit. II.) Auch ist unterm n. Jun. 1756. ein Patent im Mindenschen und Ravensbergischen ergangen von Abfindung der Witwen und Erben der Prediger wegen Saat &c. &c. Ferner ist zu merken das *Circulare vom 3. Martii 1763.* wodurch den Predigern und Küstern bekannt gemacht worden, daß sie unter gewissen Bedingungen ihr *Mess-Korn* und Decem von den Königl. Aemtern wiederum *in Natura* erhalten können; Nehmlich, wenn a) bey den Aemtern Natural-Pächte, sonderlich von den Unterthanen, in hinlänglicher Quantität vorhanden, b) daß sie dem General-Pächter so viel pro Winspel baar nachzahlen, als ihm die Natural-Pächter höher, wie in der alten Cammer-Taxe derer 12 Gr. angeschlagen sind, welches nach der jetzigen Taxe à 18 Gr. den Scheffel Roggen, Sechs Thaler pro Winspel ausmacht; Sonsten außer diesen Bedingungen aber wird den Predigern und Küstern ihr Natural-Deputat mit Gelde à 12 Gr. der Scheffel Roggen bezahlt.

TIT. XIII.

DE REBUS ECCLESIÆ ALIENANDIS, VEL NON.

§. I.

Consecratae sint.] Imprimis quoad res sacras, quæ consecrari solent. Quoad reliquas vero res ecclesiasticas, quæ non consecrantur, opinio obtinuit,

tinuit, quod sint sanctorum, & per hos Christi, Dei possessiones & proprietates, translatis in christianismum ob cleri commodum principiis jurisprudentiae gentilis de rebus gentili jure commixtis cum perversa interpretatione scripturæ sacrae Veteris Testam, de templo judaico tractantis.

Fuit.] Tantum enim abest, quod in primis seculis res ecclesiasticae alienari nequiverint, ut potius ecclesia christiana non haberetur pro collegio lictio, adeoque bona immobilia nequidem habere posset, sed quicquid ecclesiæ quis largiebatur, id statim vendendum erat.

Oeconomicis.] Ut ecclesiis atque clericis semper esset occasio acquirendi quid, remque suam augendi, nunquam vero eam deteriorem reddendi.

Dicuntur.] Hinc merito protestantes retinent hanc prohibitionem, tum quod ecclesiæ merito fruantur minorennum jure; tum quod intersit reipubl., ne desint ministri & templa. Unde etiam interest reipubl., ut conserventur bona hunc in finem destinata.

§. 2.

Sodalitia.] Ex rationis identitate, cum inter Pontificios & horum res sanctis dicentur, & eorum domus dicantur religiosæ.

§. 4.

Sacra.] Quia tamen inter Protestantes consecratio harum rerum exular, non deest ratio illis,

illis, qui putant, res sacras quoque alienari posse
ob causam utilitatis.

μ) Revertantur.] Et plerumque præten-
dunt exemptionem ab otheribus publicis.

Abierit.] Quia intra quadriennium ecclesiæ
restitutio in integrum competit contra restitu-
tionem quadragenariam jam completam.

§. 9.

Consensu.] Ut in Imperio Germ. in pace
Westphal. pangenda non attenus fuit papæ con-
fensus, licet per hanc pacem multa bona ecclæ-
siastica secularisentur. Evidem Protestantes ex-
cusserant jugum papale, nec cum amplius pro
superiore agnoscebant, nec ergo ejus consensu
opus esse arbitrabantur; neque ex decretis papa-
libus, sed jure gentium, mediante fœdere cum
adversa parte pacem inibant.

γ) L. 16. de usu & usufi.] Quamvis enim
plerumque res ecclæsiasticæ fundatæ sint in cer-
tum finem & usum, quem evangelici præstare
non posse dicuntur, quippe qui anniversaria sa-
crificia una cum operibus meritoriis monacho-
rum reprobant, attamen ex cit. lege adparet,
uti & recte rationis est, quod si ejusmodi usus,
propter quos res legata est, illiciti sint, res con-
vertenda sit in alios usus magis licitos, ita ut,
quam maximè fieri possit, consulatur memoriae &
voluntati defuncti. Hæc vero fuit, ut res in-
serviat

serviat usibus pii. Ergo imprimis converti debet in verum cultum divinum & amorem proximi, adeoque in sustentationem egenorum. Quia in re si nihil deficiat, nihil impedit, quominus convertatur in usus publicos. conf. THOMAS. diff. de natura bonorum secularisatorum.

K. P. G. C. P. R.

Siehe *Confessorial-Ordn.* von 1573. Von den geistl. Güthern und Einkommen, so den Pfarrern und Kirchen genommen, entzogen, oder sonst abgedrungen worden. Pfarr-Hufen, (so in der Pfarrern Höfen mit allem Eigenthum vor Alters belegt worden,) können, wenn sie bey der Mater sind, die von Adel den Pfarrern wider ihren Willen nicht nehmen, und ihnen Pacht davon geben; aber wohl die Hufen zu den Filialen gehörig, und zwar aus den Ursachen, dass die Pfarrern durch das Beackern der Filial-Hufen nur ganz von ihren Studiren abgehalten werden, und sich hernach im Lehren und Predigen gar zu ungeschickt erweisen. SCHEPLITZ in Consuetud. Brandenb. P. II. Tit. V. und dafelbst Extracts - Weise mitgetheilter Abschied der Ritterschaft vom 10. Februar. 1614.

TIT. XIV.

DE PRECARIIS.

ad §. I.

Probabilis.] Quæ consistit in utilitate ecclesiæ.

Non revocatur.] Quod imprimis ideo constitutum, ne laici deterrentur ab ineundo hoc

preca-

precario cum ecclesia, si esset pro lubitu revocabile.

§. 2.

Renovetur.] Quo casu a nonnullis negotium dicitur precaria. Unde est versus memorialis apud LYNCKIUM in comment. ad decretales h. t.

Riae, ria, rium, tria sunt, quorum est caput unum,
Riae sunt solitae per singula lustra renasci;
Ria fit ad mortem, nec citra vult revocari,
Rium finitur, quando autor vult revocare.

Altero tanto.] Scil. ecclesiae & monasteria nonnunquam avarorum bona captarunt, ita ut iis largirentur praedium aliquod fruendum ad dies vitae, adiecta conditione, ut post eorum mortem nonsolum concessum praedium revertatur ad ecclesiam, sed simul aliud aliquod ex bonis ejus, cui illud concessum erat, concessione mutua determinatum. Inde precarie ejusmodi dictae sunt aureus hamus Petri.

§. 4.

Effet.] Imo ex dictis §. 2. adparet, quod aliquando quoque precarie concessae fuerint non indigentibus, adeoque preciarum datarum duplex fuit conditio.

TIT.

TIT. XV.

DE COMMODATO.

ad §. 2.

Velit.] Quia secundum naturalem rationem
alius alii acquirere potest, & sic administrator
quoque ecclesiæ acquirere potest obligationem.

§. 3.

Stringit.] Cum privilegia in aliud citra le-
gem extendi nequeant. Quia tamen ecclesiæ jure
minorum gaudent, hinc

- 1) in bonis administratorum suorum, uti &
- 2) in re ab aliis pecunia ecclesiæ emita hypo-
theca tacita non est deneganda.

§. 4.

Contrahitur.] Aequo uti juris est in credi-
tis minorum.

§. 8.

In Pallio.] Ratio exposita est supra ad lib. I.
tit. 8., scil. ne papæ fraus fiat in redditibus suis
propter pallii redētionem. Unde pontifices
adstruxerunt, quod pallium archiepiscopi re-
strictum sit ad certum locum, & ad perso-
nam certam.

TIT.

K. P.

K. P. G. C. P. R.

Nach der Concurs- und Hypothequen- Ordn. vom 4. Febr. 1722. §. 158. haben die Kirchen und andere, die in den Rechten mit diesen gleich geachtet werden; in den erweislich mit ihrem
Gelde erkauften Gütern, Häusern, oder andern
liegenden Gründen, ein Vorzugs-Recht, und gehörten zur zweyten Classe. Codex Frid. P. IV.
Tit. IX. pag. 300. §. 91. aber, (welcher jedoch in
Materialibus nicht vim Legis hat,) zieht, wenn
solcher Creditorum Jura tacit. hypoth. nicht im
Hypothequen-Buch eingetragen sind, die eingetragene Hypothequen vor. Ferner steht hypotheca
tacita denen Kirchen, Schulen, Stipendiaten,
und Hospitalien in den Gütern ihrer Vorstehere und Administratoren zu; welche stillschweigende Hypothek auf aller deren Güter, welche denen Kirchen, Schulen, Stipendiaten
und Hospitalien ex Contractu schuldig seyn, sich
erstrecket, insonderheit, wenn der Patronus der
Kirchen schuldig worden, von der Zeit an, da
er das Jus Patronatus erlanget. Oballeg. Conc.
und Hypoth. Ordn. §. 183.: Daher diese Creditores,
wenn sie sonst kein personale Privilegium
haben, in die dritte Classe denen gerichtlichen
und consentirten Hypothequen folgen; Nach
dem Cod. Frid. l. c. §. 107. & 108. aber in die
fünfte Classe kommen. Uebrigens gehören Ali-
ment-Sachen, so aus Testamenten oder Con-
tracten herrühren, und nicht Kirchen, Schulen,
und Hospitaler betreffen, sie mögen zustehen
andern piis causis, und seyn ad piis usus desti-
nirt, oder nicht, nach der Conc. und Hypoth.
Ordn. §. 196. zur vierten Classe; nach dem Cod.
Frid. l. c. §. 122. zur sechsten Classe.

TIT.

TIT. XVI.

DE DEPOSITO.

ad §. I.

Poffe.] Scilicet

- I) in genere inter Protestantes de tortura clericorum idem dicendum est, quod de tortura aliorum in dignitate constitutorum obtinet, nisi quod præterea in clericis præmitti soleat degradatio.
- II) In specie quoad depositum de tortura dicendum, quod haec eatenus saltem habeat locum, quatenus in Germ. illos, quorum fidei res tradita est, ob ejus interversionem pœna capitalis vel fustigationis ex CCCI aut ex LL. provinc. manet. Attamen
- III) his casibus causa pertinet ad magistratum secularem jurisdictione criminali instruendum.

TIT. XVII.

DE EMTIONE VENDITIONE.

§. I.

Poffe fore.] Nulliter enim tradita est, quia titulus nullus est. Traditio autem sequitur naturam tituli.

S

§. 2.

§. 2.

Læsi.] Evidem ecclesia de læsione vel

- 1) ex jure minorennum agere & restitutio-
nem in integrum petere potest ob qualem-
cunque læsionem alicujus momenti intra
quadriennium; vel
- 2) deinde tanquam quilibet majorenis ex
l. 2. C. de resc. vend. ob læsionem ultra
dimidium.

§. 3.

Non æque hec.] Etiam inter Protestantes,
tum quia alia vita alios mores postulat, tum ne
per ejusmodi emisionem venditionem clerici
abstrahantur ab officio; quamvis inter Protestan-
tes quoad canonicos nonnullæ species venditionis
non adeo indecoræ videantur.

Eft.] Quia venditio sub pacto de retroven-
dendo plerumque initur ad palliandam oppigno-
rationem antichreticam, initam cum usuraria
pravitate, quod tamen semper factum esse dici
nequit. conf. THOMAS. diff. de accurata distin-
ctione inter venditionem sub pacto de retroven-
dendo & pignus antichreticum.

TIT. XVIII.

DE LOCATO CONDUCTO.

§. I.

Novennium.] Ne locatio a conductore cum
detrimento ecclesiae facile possit mutari in loca-
tionem

tionem perpetuam, Erb-Pächtre, vel dominium ecclesiæ plane subtrahi. Lires enim frequentissimæ apud nos sunt de prædiis, ex quibus annua pensio ecclesiæ datur, an jure locationis ordinariae & resolubilis, an vero jure perpetui dominii possideantur.

Ligetur.] Quod intelligendum est de fundis ejusmodi, qui ministro ecclesiæ fruendi sunt destinati salarii loco. Siquidem successori integrum esse debet, an ipse illis frui velit, an vero locare, & pro qua mercede locare queat. Aliud dicendum de fundis, quorum redditus in ærarium ecclesiæ rediguntur, qui ad breve tempus locari possunt, & tali locationi stare tenetur successor.

§. 2.

Expulsionem.] Utpote ob canonem non rite solutum, ob operas non recte præstitas, ob deteriorationem fundi insignem.

§. 3.

Fuerint.] Scilicet vel

- 1) si ecclesia prædium aliquod sub ista qualitate acquisiverit, utpote si jam antea fuerit præmium emphytevicum, vel
- 2) si ecclesia quidem citra solennia alienationis prædium dederit in emphytevin, attamen præcesserit præscriptio 44. annorum, quæ supplet defectum solennium.

S 2

K. P.

K. P. G. C. P. R.

Verordnung wegen der verfeßenen Kirchen-Pächte, und Zinsen, wie solche von den wüsten Höfen abzuführen. *de 12. April. 1688.* Wie der Streit über die Kirchen- und Pfarr-Höfen, ob es eigenthümliche Kirchen- oder Priester-Höfen, oder bona censitica zu entscheiden, siehe *Rescript de 15. December 1711.* Ferner ist auch hier das *Rescript an sämmtliche Inspectores wegen Verpachtung der Pfarr-Ländereyen*, und was dieselben dieserhalb zu beobachten haben, *vom 22. Januarii 1756.* zu merken. Adhibetur etiam die *Conſistorial-Ordn. de 1573.* (beym MYLIO pag. 301.)

TIT. XIX.

DE PERMUTATIONE.

§. I.

Causa.] Si nimurum quis mancipium ecclesiae manumissurus illud ideo mediante permutatione cum alio mancipio ab ecclesia sibi acquirat. Tunc enim ecclesia nullum inde patitur damnum.

§. 3.

Privata autorit.] Idque ex indole officiorum publicorum, quæ ex dispositione & potestate ministrorum publicorum non pendent.

TIT. XX.

DE FEUDIS.

ad §. I.

Militaribus.] Tum quod ecclesiae & sodalitia pia ab initio essent reipublicæ subditæ, & jure belli

belli destitutæ, tum quod militia clericos non dedecerer, iisque interdicta esset; quod idem dicendum de feudis aulicis.

Episcopis.] Ita ut sensim quoque clerici investituram quoque horum feudorum subtraherent regibus & principibus, sub prætextu, quod pertineant ad patrimonium sanctorum, & per hos Dei, adeoque his dominium directum debeat.

Investierunt.] Quia tandem ipsæ ecclesiæ earumque prælati bella gesserunt. Accessit, quod quidam prælati Status Imperii & sic superioritate territoriali instructi. Unde non mirum, quod instituerint feuda militaria & aulica, imo & cancellarias & advocacias togatas pro exercenda jurisdictione. Accedunt quoque ea, quæ §pho seq. de feudis oblatis proponuntur.

§. 2.

Solita.] Repete dicta ad tit. 18. §. 2.

μ) Minuendus.] Siquidem in plerisque territoriis Germ. potestas principum adducta est & temperata in nonnullis causis per jura ordinum provincialium, quorum consensus in quibusdam negotiis requiritur. Inter hos autem est der Ritter-Stand; adeoque interest vasallorum nobilium, ne eorum numerus & sic autoritas minuatur.

S 3

§. 3.

§. 3.

Nequit.] Tota hæc causa ex iisdem principiis dijudicanda est, quæ ad tit. 7. & 8. §. 15. de expectativa in beneficia ecclesiastica diximus.

§. 4.

Brevi manu.] Scil. ut vasallus dominium ecclesiæ aut monasterio brevi manu tradat, & inde iterum dominium utile retrotraditum accipiat per ipsam investituram abusivam, ne opus sit duplici traditione.

Vel quasi.] Nonnulli enim bona sua obtulerunt in feudum ecclesiis vel monasteriis, ut fruerentur deprecatione & meritis sanctorum, quibus ecclesiæ aut monasteria dicata, vel clericorum aut monachorum, vel etiam ut habeantur pro vasallis sanctorum, quibus ecclesia aut monasterium dicatum est, & sic treuga ecclesiæ gaudentes immunes fiant a diffidationibus.

Impropria.] Quod petit principium, nec in universum, nec a potiore potest dici. Nam qui offert allodium in feudum, consentit in qualitatem & onera feudorum.

Femina.] Quod iterum principium petit, nec asseri potest a potiori, siquidem plura feuda ecclesiæ sunt masculina, quam feminina.

Concedendus.] Unde vulgo fertur regula: Unter dem Krumstab ist gut wohnen. Verum nec hæc regula in puncto juris vera est, tum quod

quod argumentum a feudis oblatis sit particulare, cum non omnia feuda ecclesiae sint oblata; tum quod id ipsum principium petat, an feuda oblata sint mitioris conditionis, quamvis in quibusdam praelaturis in facto id verum sit, in quibus variis ex causis mitiores solent esse praelati.

TIT. XXI.

DE PIGNORIBUS.

§. 1.

Necessitate.] Tunc enim ecclesia obligatur versionis in rem, quae, ut in impensis utilibus, ita multo magis in necessariis continetur.

§. 2.

Subjici.] Sed ratio decidendi, indeque ipsa deducta decisio petit principium supra jamjam alio loco remotum. Dubium autem in nota subjecta adductum aliud non probat, quia citatum cap. 2. singulariter agit de iis, quae inter ipsos clericos acta erant, & vix ad generalem regulam producenda sunt. Neque feuda eorumque fructus per omnia ejusdem sunt indolis cum beneficiis ecclesiasticis, & officiis publicis aliis, eorumque redditibus seu salariis, quia servitia feudalia plerumque in pecunia praestantur, & dominus, & dominus feudi ob hanc aggreditur quemvis possessorem. Indeque ex fructibus ante omnia sibi satisfaciat, quod ad officia reliqua publica non quadrat.

TIT. XXII.

DE FIDEJUSSORIBUS.

§. 2.

Absolvat.] Cum bona fidei adversum sit, ut præsumtæ fidejussoris voluntati, quod hujus periculu moras necesse velit debitor in solvendo. Cetera in jure civ. jamjam proponuntur de provocatione creditoris ex lege si contendat. Adde THOMAS. diff. de fidejussore debitorem principalem convenientem, antequam ipse solverit.

TIT. XXIII. & XXIV.

DE SOLUTIONIBUS. DE DONATIONIBUS.

§. 1.

Sine episcopi conf.] Tum quia est derelictio juris patronatus a patrono facta, quæ ei licet, tum quod ecclesiæ conditio melior fiat, siquidem beneficium sit liberum, quod antea non fuit liberum seu constitutivum.

§. 3.

o) Sine effectu.] Tandem tamen inter privatos quoad allodia liberior disponendi facultas recepta est, adeoque hæc donatio facta est liberior, & sic quoque ecclesiæ fieri potest, nisi quatenus per leges prov. prohibitum immobilia alien-

alienare in ecclesiam, quod supra jam deduc-
tum est.

7) *Synonima sunt.*] Vel saltem obscura
sunt, siquidem indeterminatam relinquant rem.
Nam in dispositionum interpretatione semper
quaestio reddit ad praesumtam voluntatem dispo-
nentium. Hæc vero ad verosimilitudinem re-
dit, conjecturis probabilibus cruenda. Hæc
vero gradus habet infinitos, ut comparatio gra-
mattica a Papa proposita nihil in iis determinare
potuerit. Nec melior est aliorum doctrina,
quod favorabilia extendenda sint, & odiosa re-
stringenda, quippe quæ æque obscura & inde-
terminata est. confer THOMAS. diff. de inter-
pretatione beneficiorum principis.

§. 5.

Nullitatis.] Vel etiam inter Protestantes
maxime privationis officii, siquidem obligatio
cambialis aperte laedit jus ecclesiæ & reipublicæ,
cujus minister se ad carceres obstrinxit, ut adeo
defungi nequeat officio suo, pro quo tamen ha-
bet salaryum, & sic ecclesia & respublica magis
punitur, quam minister incarcerated. Taceo
scandalum inde redundans.

Queat.] Etenim hæc executio non fit per
arrestum personæ impositum, sed in bona cle-
ri, qua in re nullum versatur interesse ec-
clesiæ.

S 5

§. 6.

§. 6.

Trahunt.] Hoc argumentum quidem apud nos ea minus valebit, quo minus ratio militum rom. ad germanicos quadrat. Et sic omnino dicendum, quod nec clericis, nec aliis ministris publicis competit beneficium competentiae quoad bona sua propria, quæ habet extra redditum beneficii & officii sui. Quod vero ad redditus officii & beneficii attinet, eos plane non esse objectum executionis puto, siquidem hæc executio cederet in detrimentum reipublicæ, cui minister salario destitutus officium præstare nequit; quamvis si redditus beneficii sint opimi, æquum sit, si minister contentus sit competentia, & reliquos beneficii redditus relinquat creditoribus.

§. 7.

ð) Nequeunt.] Sed ad hunc textum jam responsum est in dictis ad tit. 21. ad §. 2.

TIT. XXV.

DE PECULIO CLERICORUM.

§. 1.

Necessitatem.] Præsertim cum successu temporis celibatus ministrorum ecclesiæ introduceretur, ut adeo clericus liberos ordinarie non habeat, nec ratio esse videretur, ut ex redditibus honorum ecclesiasticorum aliquid pervenerit ad clerici

clericis necessarios, in quem finem bona ecclesiastica non erant comparata.

Præsumi.] Nam tantum est probandum, clericum habuisse bona ante officium suum susceptum, vel per alios labores, maxime cum clericis interdictum fuit negotiis secularibus, vel per hereditatem quid acquisivisse.

Adquisitus sit.] In summa clericus habet vel

- 1) bona ecclesiæ, i. e. fundos & prædia dominii jure ad ecclesiam pertinentia, quibus clericus fruatur salariū loco; vel
- 2) bona intuitu ecclesiæ quæsita seu peculium clerici, i. e. quicquid occasione officii sui clericalis acquisivit, utpote parcendo consumptioni redditum beneficii sui, vel si quid ex sportulis, Accidentiæ, reliquum habeat; vel
- 3) bona patrimonialia, quæ aliunde habet, quam occasione beneficii sui. Sed in Germ. postremæ duæ differentiæ cessant,

§. 3.

Jure spolii.] H. e. jus auferendi successribus in patrimonium clerici peculium ejus, idque sibi retinendi,

TIT.

TIT. XXVI.

DE TESTAMENTIS &c.

§. 4.

Constituit.] Adeo ut multæ differentiæ juris a jure civ. formentur in materia de testamentis. Ceterum adhuc a testamento juris can. differt testamentum canonicum. Nimirum in quibusdam capitulis canoniconorum obtinet, ut canonicus testaturus testamentum offerat capitulo subscribendum & subsignandum, ut eo rectius valeat, imprimis intuitu bonorum ex redditibus ecclæsiae quæsitorum.

§. 5.

Debeatur.] Quod tamen cum reliquis pœnis privatis juris rom. vix obtinet in Germ. extra Saxon. Elect.

ω) Peti solet.] Vulgo ad has classes referuntur

- 1) relicta ad usus pauperum, vel
- 2) pro anima, vel
- 3) pro religione christiana, vel
- 4) pro utilitate publica.

Equidem respicitur magis ad id, quod jus can. voluit & jussit esse pium sub prætextu religionis in utilitatem cleri, quam ad id, quod vere pium est; sed fere proficiscitur ex amore proximi,

ximi, nixo fide in Christum; nam in ejusmodi legatis & heredis institutione

a) aliquando plus valet supersticio, quam vera religio, præsertim suppositâ hypothesi de opere meritorio ex ejusmodi largitionibus proveniente, aut

b) ex altera parte nonnunquam cum maxima impietate conjunctæ sunt hæ largitiones factæ divitibus subtraictis bonis necessariis testatoris egenis. Nolumus tamen usum tollere cum abusu. conf. THOMAS. diff. de pietate juridica, WERNHERI diff. de ea, quod impium est circa pias causas.

§. 5.

c) c. ii. k. h. t.] Papa se refert ad statuta conciliorum, indigitans concilium Lugdunense II., ejusque canonem 2. Interim ex tenore textus papa videtur duorum testium mentionem non tam veritatis sed solennitatis causa fecisse. Attamen contraria opinio communis contrarium quoque fori usum efficit, nec opus est, ut solennia testamentorum iterum augeantur.

d) Conferri posse.] Attamen ratio generalis a pontifice proposita, quod scil. intestatus non moriatur, qui voluntatem suam ultimam in alienum arbitrium confert; quod papa generatim approbaverit talia testamenta, de qua re pluribus dixi diff. J. R. & G. in heredis institutione.

§. 8.



§. 8.

Declarat.] Cum legitima sine omni onere
debeatur, & Trebellianica cuivis fiduciario com-
petat. Et in hunc modum judicare solet ordo
juridicus Halensis.

Intelligenda.] Pro substrata enim materia
fieri deber interpretatio. Evidem testamento-
rum essentiale proprium est directa heredis in-
stitutio; adeoque & substitutio ei juncta in du-
bio habenda est pro directa; quod secus est in
codicillis, in quibus directa heredis institutio fieri
nequit.

K. P. G. C. P. R.

Nach dem *Rescript vom 24. April 1720*, soll
alles wegen der *privilegierten* Testamente bey
dem Jure communi verbleiben, und hat man
nicht nöthig, weder gerichtlich, noch vor ei-
nem Notario zu restiren. Ferner ist zu mer-
ken, daß, nach dem *Edict vom 21. Junii 1753*.
(welches unterm 12. Marzii 1754. declarirt ist.)
§. 2. kein clericus regularis die ihm anfallende
Erbenschaften und andere Lucra acquiriren könne,
sondern solche denen nächsten Verwandten an-
heim falle. Nach eben diesem Edict §. 5. und
Declaration, desgleichen *Rescript vom 24. Mart.*
1770. soll auch ein *Stift*, *Closter*, *Kirche* oder
anderes *pium Corpus* bey allen *drey recipirten* Re-
ligionen nicht über 500. Rthlr. ex ultimis volun-
tatis lucraten, (weil sonst die Erbschaften
denen nächsten Verwandten, und viele Capita-
lien dem Handel und Wandel entzogen werden)
Exceptiones vide ibid. in §. 6. & 7. item in *Re-
scripto*

Scripto vom 10. November 1756. Ferner ist das per Rescriptum de 6. Maii 1763. renovirte Edict vom 18. Maii 1735. wegen des Nachlasses derer, welche aus den Armen-Cassen, oder piis Corporibus Allmosen und Hülfe genüssen, (item vom 27. Januar. 1716. und 18. September 1726.) in Ost-Preussen vom 9. Martii 1716. allhier nicht aus der Acht zu lassen; daselbst ist nehmlich verordnet, dass, wenn solche Personen keine arme Descendenten (welchen die Hälfte des Nachlasses gebührt,) hinterlassen, oder sich nicht in ein Hospital, oder andere dergleichen Stiftung eingekauft gehabt, (indem das pium corpus schon durch die Einkaufung schadlos gestellt worden,) sie keine testamentarische noch andere Disposition, oder Schenkung unter den Lebendigen, oder auf dem Todesfall sollen machen können, sondern dergleichen Dispositiones ungültig, ohne Kraft, und ganz null und nichtig seyn sollen. Das Vermögen aber derer, so Allmosen genüssen, bey ihren Leb-Zeiten zu untersuchen, ist nicht verstatter, immassen solche Untersuchung unnötig auch gegen die Natur der Allmosen laufend. Rescript de 5. April 1718. Ferner merke man aus dem Edict de 21. Junii 1753, welches unterm 12. Mart. 1754. declarirt worden, dass ebenfalls kein Clericus regularis die Macht habe, ein Testament zu verfertigen; Dieses versteht sich aber nur von solchen Ordens-Leuten, Patribus, und Fratribus, wie auch von denenjenigen weiblichen Geschlechts, welche bereits Profession gethan, und würklich in den Orden eingetreten; nicht von denen, so annoch in dem Novitiat-Jahre stehen; auch bleibt den Clericis irregularibus und secularibus die Dispositio testamentaria ihres Vermögens allzeit frey.

End-

Endlich soll nach dem *Circulare vom 16. April 1761.* und *1. Julii 1771.* bey Publication derer Testamente jederzeit, ob Legata ad piis usus darinn befindlich, genau attendiret; hiernächst auch dahin gesehen werden, dass solche ab hæreditibus præstirt, und deren Solution dem Judicio dociret werden müsse, immassen es ehemalig meininglich, und wenn dergleichen Vermächtnisse nicht von ohngefähr denen piis Institutis, und deren Curatoribus bekannt worden, es bloss von dem Gewissen und Willkür derer Erben allein abgehängen, ob sie dergleichen Legata haben præstiren wollen, oder nicht. Nur allein das Cammer - Gericht ist per *Resolutionem de 12. Maii 1761.* von dem in vorgedachten Circulair-Rescript befindlichen Passu: *dass hiernächst auch dahin gesehen werden solle, dass solche Legata ab hæreditibus præstirt, und deren Solution dem Judicio docirt werden müsse, dispensirt,* (weil das hiesige Ober - Consistorium nicht mit dem Cammer - Gerichte, wie die Consistoria in andern Provinzen mit den Landes - Justiz - Collegiis, einiger massen combiniir, sondern vielmehr ganz abgesondert ist,) jedoch soll es bey sich ereignenden Vorfällen jedesmahl die nöthige Anzeige dem Ober - Consistorio thun. Siehe auch *Circulare vom 19. Januarii 1769.* in fine und *Rescript vom 20. Maii 1773.* Allen auswärtigen piis Corporibus zugedachte Vermächtnisse sind durch vormehrgerades Edict vom 21. Junii 1753. vor null und nichtig erklärt, ausgenommen diejenigen an die Gnaden - Orte der römisch - catholischen Kirche, als welche doch auch weiter nicht, als bis an die 500 Rthlr. passiren. Nach dem *Circulare* an alle Inspectores de 13. Februar. 1777. soll von jedem Vermächtnisse, welches zu Kirchen

Kirchen und milden Stiftungen geschiehet, dem Ober-Consistorio sofort umständliche Anzeige geschehen, und der Extrakt des Testaments beygelegt werden.

TIT. XXVII.

DE SUCCESSIONE AB IN-
TESTATO.

§. 2.

Conferendi.] Naturale enim est, quod qui officium aliquod publicum conferendi jus haberet cum beneficio ei connexo, moriente officiali recipiat beneficium, idque sibi habeat durante vacantia, & usquedum officium ac beneficium alii confert. Cumque reges & in Germ. alii proceres regni tanquam fundatores officiorum & beneficiorum ecclesiasticorum plurimarum ecclesiarum jus conferendi habuerint, inde etiam vacante officio recuperunt beneficia & durante vacantia administrarunt; atque iisdem usi sunt, sive secularia sive ecclesiastica fuerint, sub nomine juris custodiae seu tutelae, imo & regaliarum. Nam ita dicebantur concessiones a regibus factae pro officio publico. Unde ministro moriente regaliae dicebantur apertae, & collatis iterum iis cum officio regaliae dicebantur clausae.

X) Conjungit.] Revera tamen differunt jus spolii & regaliarum. Nam

T

1) illud

- 1) illud consistit in iure sibi vindicandi ea, quae clericus jamjam acquisivit ex redditibus officii ecclesiastici.
- 2) Hoc vero, scil. jus regalium, consistit in iure fruendi & administrandi beneficium vacans factum.

Coacti sunt.] Et papa sibi vindicavit jus regalium sub nomine juris departus.

§. 4.

γ) Liquet.] Nam annatæ debentur a novo successore, jus spolii autem contra decessorem exercetur, & jus regalium durante vacantia obtinet.

§. 7.

Provinciali.] Quia clerici immediate subsunt consistorio.

Præsint.] Nisi 1) quæstio sit de successione in bona immobilia clerici, utpote quæ ex loco rei sitæ dependent, vel 2) nisi clericus, de cuius successione queritur, subsit magistratui municipali jurisdictionem clericalem habenti.

TIT. XXVIII. & XXIX. DE SEPULTURIS, PAROCHIIS &c.

§. 3.

Subordinato.] Regimen enim sacerdotis parochi non est coniunctum cum imperio externo, sed

sed restrictum ad forum pœnitentiale. Deinde regimen illud subest episcopo.

e) *Vocatur.*] Ideo quod partim contradistinguatur sacerdoti vicario, partim illi, qui commendatam saltem ad tempus habet ecclesiam. Nonnulli exinde derivant vocem Pfarrer, quasi contractum ex Pfarr - Herr.

§. 4.

Solvendum.] Scil. ad pœnitentiam confitentibus imponendam pro qualitate peccatorum, quorum coercitio sigillatim ad episcopum non pertinet, & ad dandam absolutionem a peccatis & ad excludendum a S. cena; quod tamen inter protestantes parochis propria autoritate non licet, sed a consistorio dependet.

§. 5.

Realia.] Quæ præstanta sunt a possessore, eujuscunque sit religionis. Cavendum tamen, ne in abusum trahatur contra libertatem religionis ex Instrum. pacis Westphal. debitam secundum terminum decretorium. Hinc pontificiis nova onera imponere ædibus & fundis in præjudicium evangelicorum interdictitur, in quibus illis ex termino decretorio tolerantia debetur, siquidem aliæ indirecte per consequentiam, partim in inæqualitatem jurium introductum esset, partim per indirectum aliquid conscientiæ adversum imponere possent contra libertatem re-

T 2 ligionis,

ligionis, aut arcere protestantes ab acquæstu rerum immobilium. Et ita respondit ordo juridicus ante aliquot annos.

§. 6.

Coactivis.] Quod tamen inter Protestantes merito temperandum quoad auditionem verbī divini & perceptionem sacre cœnæ, cum in utroque maxime & auditoris & percipientis fiducia in ministrum verbi divini supponatur, quæ coactione impetrari nequit. Unde olim in ord. ICTORUM absolvı ruricola ab inquisitione ex tali causa suscepta, adjecta formula: daß Implorat von der Untersuchung zu entbinden, jedoch vor dem Consistorio durch den Superintendenten ihm glimpflich und ernstlich zuzureden, und er zu ermahnen in der ordentlichen Pfarre zu Anhörung göttlichen Worts und Genuss der heiligen Sacramente sich einzufinden, anbey ihm bey Strafe 8. tägiger Gefängniß zu untersagen, sein Weib und Gesinde ohne Noth von der Kirche nicht abzuhalten.

§. 7.

Stola.] Exinde dicta, quod dentur pro actibus singulis ministerialibus exercendis a ministro in stola. Inter evangelicos dicunt Accidentien, tum in oppositione ad salarium & redditus beneficii, atque actus ordinarios statò tempore expediendos, siquidem ejusmodi actus singulares singularibus ecclesiæ membris exercendi

quan-

quandoque saltem accident, nec quovis anno
æque frequentes sunt.

Certo officio.] Seu pro singulis actibus in
singulare subjectum exercendis.

λ) Efficiunt.] Et inde jus can. concedit,
præsertim in causa funeralium, implorationem
judicis pro laudabili consuetudine servanda.

Perfecto debentur.] Nec minus percipiuntur.
Sunt enim pars salarii, præstanta pro
singularibus actibus ab ecclesiæ membris, quia
salarium pro toto officio datum non sufficit ad
sustentandum ministrum. Hinc jura stolæ
eodem jure percipiuntur, quo salarium. Et
quamvis aliquando ministri per forditiem hac
in re peccent, inde tamen totus usus per abu-
sum quorundam tolli nequit, quamdiu alio mo-
do ministris de salario sufficiente haud prospe-
ctum; quod ut fiat optandum, non vero spe-
randum est. conf. THOMAS. diff. de officio
principis evangelici circa augenda salario & ho-
noraria ministrorum ecclesiæ.

§. 8.

Cæmeterio.] Ita appellarunt christiani loca
sepulchrorum, quasi dormitorium, ob spem re-
surrectionis.

Episcopali.] Uti ecclesiæ & capellæ conse-
cratione & benedictione eriguntur, quorum ac-
cessoria facta sunt cœmeteria.

Accipere.] Ita ut extra commercium constituantur & immunita fiant cœmeteria a vexatione spirituum immundorum, quod gentilissimum sapit, imo faciunt saltem ex parte ad peccatorum remissionem.

Universalitatis.] Nimirum ecclesiæ, vel sunt in atrio templi vel urbis aut pagi, vel sunt extra atrium templi. Priori casu consistorio subsunt, hoc vero sub jurisdictione sunt magistratus secularis; quamvis etiam hoc casu consulum sit, ut impetretur consensus principis, quod locus fiat immunis a tributis & oneribus publicis.

r) Egit.] Initio scil. christiani sepulchra sua constituerunt prope martyrum sepulchra, & tandem cum ædes sacras ædificare cœperint super sepulchra martyrum, & ædes has cum corporibus martyrum in urbes transtulerint, factum est, ut cœmeteria in urbibus fuerint erecta, & quod homines aut in templo, aut saltem in atrio templi cuperent sepeliri, quibus accessit error de merito sanctorum communicativo, ita ut prope sanctum recubans ab ejus meritis participare credatur. Adeoque factum est, ut quod proprius sepulchrum ab altari, eo honoratus sit.

r) Destinata sunt.] Vel saltem ubi cœmeteria non fuerunt tolerata in urbe, capella quædam in cœmeterio exstructa, & cœmeterio benedictum est.

§. 9.

§. 9.

Confuevit.] Vel ubi habitavit tempore mortis. Ceterum an locus sepulturæ in cœmitorio publico alicui gratis concedendus sit, non ubique eodem modo observatur inter Protestantes, sed ex statutis dependet e. g. alicubi civibus quibuscumque, alibi vero saltē propriam domum habentibus gratis conceditur sepulchrum, alii vero pro certo prelio.

§. 10.

Fideles.] Sed cum infideles nequidem in cemeterio tolerentur, sequitur, ut laici fideles in ipso templo sepeliendi significatu eminenti fideles dicti sint, scil. canonice, i. e. beneficii in clerum & ecclesiam.

Quarta.] Quod ideo introductum, ne occulta quoque fraus parochiæ fiat ordinariæ defuncti. Inter Protestantes hæc Quarta non attenditur, nec opus est legato relinquendo ab illo, qui in alio coemeterio sepulturam exoptat, sed sufficit ibi redimere locum sepulturæ. Funeraria vero præstari debent tum parochiæ ordinariæ, tum illi, in qua sepeliri vult.

§. II.

Pertinent.] Cujus origo est, quod in prima ecclesia, uti communionis ecclesiasticae & fraternitatis, adeoque integratatis status ecclesiastici signum erat inter vivos oblatio ad agapas & evcha-

ristiam, & participatio ab iisdem, ita pariter pro mortuis in statu ecclesiastico integro necessarii solebant aliquid offerre ad agapas, quo facto mortui, uti aliorum offerentium nomen inter missarum solemnia ex diptichis, Register, recitabantur, simulque Deo gratia agebatur pro collatis in defunctum beneficium. Postquam vero missa in abusum degeneravit, & habita pro remedio contra quodvis malum, & error de purgatorio introductus est, factum est, ut oblationes & missae fierent pro liberanda ex purgatorio anima. Inter Protestantes hoc quidem cessat, attamen quedam liturgia retenta est, partim ut mortui tanquam integra ecclesiae membra recitentur in ecclesia e suggestu concione finita, partim quod in actu sepeliendi cantiones & preces adhibeantur, quod ramen non sit in salutem animae mortui, sed potius ut videntes Deo gratias agant pro omnibus bonis defuncto tam in vita quam sub morte praestitis, & ut ad mortem beatam se præpararent viventes.

K. P. G. C. P. R.

Von den Kirch-Hüßen findet sich eine Verordn. von 26. December 1719. daß solche mit Maul-Bier-Büschen bepflanzt werden sollen; und die Land-Reuter sollen, nach dem Mandat vom 7. September 1752, die Gemeinden zur Ausbeffzung des Kirch-Hofs-Geheges allenfalls executive anhalten. Wenn dempächt Leute, welche 20. Jahr passirt haben, sterben, so sollen die Inspectores solche melden. Circul. vom 25. Febr. 1719.
Dafs

Dass den Geistlichen ihre *Jura* zu entrichten, wenn die Leichen beygesetzt, oder weggefahren werden, davon disponirt die *Verordn. de 28. August 1671.* laut *Circularē vom 6. October 1768.* aber, soll kein Prediger befugt seyn, wegen eines *todtgebohrnen Kindes* Beerdigung einige Gebühren, (*Jura stolæ*) zu fordern, NB. auch kein anderer Kirchen - und Schul - Bedienter; immassen es einem jeden freysteht, dergleichen Geburten in aller Stille zur Erden zu bestatten. Jedoch soll es sich von selbst verstehten, dass die Eltern die Geburt dergleichen *todtgebohrnen Kindes* allemahl dem Prediger oder Küster zur vorschriftmässigen Anzeichnung im Kirchen - Buche anzeigen müssen. *Wie es mit den Juribus stolæ bey Beerdigung der Kinder, deren Eltern von verschiedener Confession sind, gebalzen werden solle,* siehe *Reglement vom 15. Jul. 1771.* Denen evangelisch-Lutherischen Leichen soll zufolge *Verordn. vom 26. August 1729.* das Crucifix nicht mehr vorgetragen werden. Wegen der *Abend - Beerdigungen* in den Residentzien siehe *Ordnung vom 10. Mart. 1696.* Wie es übrigens mit den öffentlichen Leich-Begängnissen an Sonn- und Fest- Tagen auf der Dorotheen - Stadt zu Berlin zu halten, solches findet sich in der *Verordn. vom 17. September 1717.* Mehrers von Kirch - Höfen und Begräbnissen, auch Nacht - Wachen bey Leichen, siehe in der *Confis. Ordn. de 1573.* (bey *MYLIO* pag. 292. und pag. 319.) Die revidirte und confirmirte Kirchen - Ordn., wie es in beyden Pfarr - Kirchen zu Berlin in der St. Nicolai und Marien, mit den Stühlen, Begräbnissen, Geläute, und andern künftig soll gehalten werden, vom 3. November 1649. nicht zu vergessen; desgleichen das Reglement wegen der Leichen - Gebühren &c. in Berlin vom 19. October 1740. und 3. Januar 1748.

T 5

Nach

Nach dem *Circulare vom 19. December 1771*, soll in den *Amts-Städten und Amts-Dörfern* Niemanden ferner in den Kirchen ein freyes Begrüßniß verstatte werden. Für eine große Leiche sollen zehn Thaler, für ein Kind aber von zwölf Jahren, und jünger, fünf Thaler der Kirche erlegt werden. Diejenigen auch, welche zur Unterhaltung der Kirch-Hofs-Gebege, oder bey dem Bau der Kirche keine Dienste leisten, als Schmiede, und andere Handwerks-Leute, Tage-Löhner und Haussleute, sollen die Grabstellen auf den Kirch-Höfen, nach Verhältniß ihrer Vermögens-Umstände, wovon die Beurtheilung dem Amte und Prediger des Orts überlassen ist, mit Sechs bis zwölf Groschen der Kirche bezahlen, für ein Kind von Zwölf Jahren und jünger, die Hälfte dieser Sätze erlegen. Wegen Ost-Preussen siehe GRUBEN in Corp. Conſt. Pruten. Von den Begräbnissen, die Verordnungen de 15. September 1687. 22. November 1690. und 2. Januar. 1697. auch 12. September 1713. sub No. 13-16. P. I. woselbst die Jura stola bestimmt, die Armen davon befreyt, und die spätbe Leich Bestattungen abgeschafft worden. Wenn bey Fertigung der Gräber oder bey andern Gelegenheiten alte Münzen oder andere Alterthümer gefunden werden, so soll dem Ober-Consistorio davon sogleich Anzeige geschehen, nach dem Circul. an alle Inspectores de 29. Januar. 1777. Betreffend die Stol-Gebühren bey Taufen und Beerdigungen, so bey Eben vorfallen, wo ein Theil einer andern Confession zugethan ist, siehe Circul. an alle Inspectores de 24. April 1777.

TIT.

TIT. XXX.

DE DECIMIS, PRIMITIIS &c.

§. 2.

*Canonistæ.] Postquam christianissimum cum
republ. judaica male compararunt, & ministros
ecclesiæ sacerdotes dixerunt atque levitas. Adde,
quod Protestantes in opinione fuerint, decimas
jure divino universalē deberi Deo, vel ministris
eius, vel pauperibus deberi putaverint. Sed hæc
omnia fundamento carent, & singularis fuit ra-
tio, cur Deus decimas tanquam tributum sibi
præstandas imperaverit, easque iterum cesserit
sacerdotibus & levitis, qui nihil ex divisione Pa-
læstinæ acceperant. Et quamvis ecclesia hos
alere debeat, id tamen non necessario per deci-
mas fieri debet.*

§. 3.

Reales.] Quæ iterum dividuntur

- 1) in majores, grosse Zehenden, quæ deben-
tur ex fructibus agrestibus, & animalibus
majoribus; &
- 2) minores, kleine Zehenden, quæ deben-
tur ex fructibus hortensibus, quo & legu-
mina pertinent, & in Ord. jurid. repul-
mus die Erd-Aepfel, & pulli minorum
animalium.

*Civilibus.] Introductæ sunt alicubi decimæ
personales in commodum cleri civitatensis, ne
deci-*

decimis destituatur, & sic hac in causa deterioris videatur conditionis, quam clerus paganus.

§. 5.

Nouales.] Vulgo noval-Zehenden, i. e. quæ debentur ex fructibus agri noviter ad culturam redacti, cum antea fuerit sterilis, vulgo von Rade-Acker; nec minus debentur decimæ ex fructibus æstivalibus, der Sommerung.

§. 8.

Decimet.] Res enim transit cum suo onere ad quemvis possessorem; adeoque proverbium: clericus clericum non decimat, non constituit regulam, sed exceptionem.

§. 9.

Prestantur.] Vulgo der Garben-Zehende. Et in his decimis Pastori concedenda est electio ex manipulis, ne forsan per inæqualitatem manipulorum fraus fiat parocho a parochianis.

Integra sit.] Neque ulla præscriptio pro fit rusticis, quippe qui nec titulo dominii acquisitivo, nec sic civili possessione gaudent, & sic usucapere nunquam possunt.

§. 13.

Nummos.] Etenim qui integrum habent communionem ecclesiasticam, seu integra erant ecclesiæ membra, illi ad agapas & cum his coniunctam evcharistiam admittendi debebant aliquid

quid offerre in symbolam, nisi essent egeni, ut
inde & agapæ & eucharistia instruerentur. Cef-
sanibus autem postea agapis remansit nihilomi-
nus eucharistia merito, ejusque causa reliquæ
manerunt oblationes, quæ non solum inter pon-
tificios ob missæ celebrationem fieri debent ab
eo, qui missam exigit, sed inter Protestantes
etiam eucharistæ causa nummi missales statutis
ecclesiæ determinati singulis trimestribus exigun-
tur, vel a singulis patribus fam. pro numero
personarum familie suæ, vel a possessoribus do-
mum, vulgo Opfer-Geld, Opfer-Pfennig,
Kerzen-Geld, Zeiten-Geld, sed etiam alia oc-
casione, urpote in benedictione sacerdotali ma-
trimonii imitandi causa facta, vel in baptismo a
præsentibus colliguntur ejusmodi oblationes.

*Recitata.] A diaconis ex diptichis, seu in-
dice offerentium inter missarum solennia, quod
tamen inter Protestantes non obtinet.*

*Recitetur.] Sibique prodesse hoc sacra-
mentum in animæ salutem & commodum vitæ
hujus.*

K. P. G. C. P. R.

Nach dem *Rescript de 8. Febr. 1743.* an die
Neu-Märk. Regierung, sollen die *Collecten* nur,
wenn es die höchste Noth erfordert, außerdem
aber nicht gesucht werden, und deshalb a) vor-
her genau geprüft werden, ob die Kirche nicht
selbst im Stande sey, den vorhabenden *Bau oder*
Reparatur der *Kirch-Thürme*, auch *Prediger-*
und

und Witwen-Häuser aus ihren Mitteln zu vollführen; desgleichen b) soll vorher, wenn ein Bau vorfällt, mit der Cammer darüber communicirt, und, nach approbiren von tüchtigen Leuten verfertigten Anschlag, conjunctum davon berichtet werden; ferner wegen der eingehenden Kirchen-Collecten-Gelder siehe Verordn. vom 27. Febr. 1766., und wegen Einsendung der jährl. Collecten-Tabellen nach einem Schema, Rescript de 8. Martii 1765; wegen derer Berichte aber siehe die Verordn. vom 6. Maii. 1765. und wegen des Modi der Einfassung Rescript de 27. Junii 1754. wohin vorzüglich auch gehört das Circulare de 23. Jun. 1767. Wegen der Schul-Collecten siehe Circulare de 18. Julii 1766. und endlich von denen Currenden befiehlt das Circulare vom 8. November 1764. dass an den Orten, von welchen die Currenden eine Meile Weges und drüber fortgeschafft werden müssen, ein Bothe auf Kosten derjenigen Kirche, die solche abgeschickt, angenommen, und das Bothen-Lohn in denen dortigen Kirchen-Rechnungen in Ausgabe passirt werden solle; Ist aber der Ort, wo hin die Currende gebracht werden soll, noch keine Meile entlegen: So soll der Küster solche jedesmahl fortgeschaffen; Nimmt er aber einen Bothen vor sich an, so soll er die Verantwortung haben, und vor alles stehen, auch nach Beschaffenheit derer Umstände eben so bestraft werden, als wenn er selbst den Fehler begangen hätte. Wegen unerlaubter Collecten und falschen Brand-Briefen &c. siehe die Verordn. des Berlinischen Policey-Directorii von 16. Martii 1751. Nach der Cabinets-Ordre vom 10. Julii 1775. sollen außer denen, ein für allemahl und unveränderlich festgesetzten Collecten fernerhin alle andere schlechtinge

terdings untersagt, und, nach erfolgter Ein-sammlung der letztern schon verwilligten, jährlich nur vier nachgelassen seyn, auch zu solchen jedesmahl von dem General-Directorio und Departement der geistlichen Geschäfte die Dürftigsten der Competenten, jedoch ohne Unterschied, ob solche reformirte oder Lutherische Kirchen, und Pfarr- und Schul-Häuser betreffen, ausge-sucht, und den Vorzug haben.

TIT. XXXI. XXXII. XXXIII.

DE REGULAR. CONVERS. CON-JUG. ET INFIDEL.

§. 3.

Dicta.] Prima origo hujus opinionis, quod vita ascetica consistat in speculatione, dependet ex hypothesi quorundam philosophorum gentilium, præsertim Pythagoræ, cuius præcepta quoque in judaismum translata sunt, & inde inter judæos orti sunt Effe & therapevtæ, pietatem in speculatione & solitudine querentes, quæ omnia tandem christianismo accedunt. Accessit, quod multi sub persecutionibus recesserint in sylvas & loca deserta, & sic eremitæ orti sint, qui postea discipulos habuerunt, & in doctrinis suis instituerunt, per quos vitam hanc sp̄culativam propagarunt primi inter eremita Paulus Thebaeus, Antonius, & Hilarius.

Translati.] Præsertim cum feminæ eidem vitæ se dederint, quæ tamen in locis desertis aut ab

ab urbibus valde remotis non ita commode subsistere potuerunt, ut itaque earum cœnobia prope ad urbem vel in illis construerentur, quod monachi inde secuti sunt.

§. 4.

Aseticam.] Quam constituerunt in speculatione de rebus divinis, precibus & abstinentia ab omnibus negotiis tam ecclesiasticis, quam secularibus.

- a) Inculcatur.]* Imprimis enim
- 1) clerici veri vitam habent activam, & negotia peragunt ecclesiastica, quæ monachis regulariter non licent, nisi ex consensu abbatis ordines accipient.
 - 2) clerici ordinantur, non vero monachi quatales.
 - 3) clerici quatales non sunt adstricti ad nuncupanda vota ecclesiastica.

§. 6.

Monachi sint.] Siquidem nec omnes claustro inclusi sunt, nec a negotiis gerendis areantur, sed in aulis principum, ac in regendo statutus reipubl. seculares tanquam ministri principum versari possunt; quod introductum est, quo per hanc ordinem interesse papæ observetur in aulis regum, & imprimis, ut incrementa protestantium obstant.

§. 7.

§. 7.

γ) *Postulat.*] Atque sic inter Pontificios præcipitanti nimis & immaturo judicio homines transeunt ad vitam monasticam, cui an pares sint, nondum judicare possunt, & tamen post professionem illis non licet ad seculum redire.

§. 8.

Imperfectioni.] Et moniales per professio-
nem dicuntur Christo tanquam sposo suo de-
sponsatæ.

§. 10.

ε) *Patientia.*] Quæ imprimis necessaria est ad votum obedientiæ, vi cuius cœcam obedientiam abbatii vel præposito suo præstare debet monachus.

ζ) *Quererent.*] Et quod perpetuo hæc pœnitentia ad meritum perpetuum videretur ex-
cedere eorum peccata, adeoque crederentur præstare opera supererogatoria, unde & aliis
quid meriti possint communicare.

§. II.

Filius.] Quod tamen non excusat absurditatem hujus devotionis paternæ, per dicta ad tit. 5. ad §. 7.; tum quod ad aliud vitæ genus ineptus sit factus, qui usque an annum 26. otio monachali mancipatus fuerit; tum quod maxima ætatis virilis pars in addiscendis artibus impen-
denda jamjam præterierit, ut adeo volentes no-
lentes in statu naturali permanere debeant.

U

TIT.

TIT. XXXIV.

DE VOTO ET VOTI REDEM-
TIONE.

§. 15.

Capiunt.] Vota vario modo dividuntur a ca-
nonistis.

- 1) ab objecto materiali sunt
 - a) patrimonialia seu realia, in quibus quis se obligat ad præstandum aliquid ex patrimonio suo,
 - b) personalia, quæ cum tali præstatione & patrimonio non sunt conjuncta, sed tamen habent aliquid præstandum a sola persona, e. g. jejunium, obedientia,
- 2) A forma votum est vel
 - a) solenne, seu solennisatum, quod publice in facie ecclesiæ emittitur, speciatim in professione ordinis monastici, vel
 - b) minus solenne, quod privatim emit-
titur.

Secundum hæc de obligatione votorum sta-
tuendum est; nam ex naturali ratione persona-
lia imperfætæ saltem obligant, patrimonialia au-
tem perfætæ, quatenus inde promittitur quid
præstandum universitati cuidam, e. g. ecclesiæ,
vel alii pio sodalito. In republ. judaica singu-
lariter Deus populo suo obligationem perfectam
impo-

imposuit in votis personalibus, uti in aliis officiis erga Deum. Et quamvis inter Christianos non sit respublica talis divina proprie dicta, catholici tamen miscent præcepta judaismi, gentilismi & christianismi, omnibus votis tam personalibus quam patrimonialibus vim perfectam tribuentes. Protestantēs vero subsistunt in principiis juris naturalis.

§. 17.

Dei.] Evidem ex votis Deo singulare jus acquiri putant Pontificii, quod protestantes negant, cum omnia jam sint Dei, ut itaque homines nihil possint addere Deo.

§. 18.

Tria capita.] Quæ a pontificiis inventa sunt & defenduntur exinde, quod faciant contra tres fontes omnium peccatorum, avaritiam, voluptatem, ambitionem. Verum hi fontes non per vota, sed alio modo obstruendi sunt.

Obedientia.] Ita ut cœco impetu monachi se qui teneantur abbatem, eique etiam post mortem obtemperare.

§. 21.

Nequeunt.] Id tamen licet, ut monachus ab ordine laxiore procedat in ordinem strictiorem tanquam perfectiorem. Nam licet procedere in perfectione, non vero recedere.

TIT. XXXV.

DE STATU MONACHOR. ET
REGULARIUM.

§. I.

Unientes.] Particularis ejusmodi seu localis congregatio monachorum, i. e. collegium & cœtus ejusdem monasterii monachorum dicitur der Convent. Unde in monasteriis evangelicis so-
dales in monasterio sub abbatे viventes dici so-
lent conventionalē.

§. 2.

Superior.] Nam quidam ordines loco ab-
batis saltem habent præpositum, den Probst.
Quidam nec præpositum, sed ex humilitate af-
fectata Priorem saltem habent.

Prior.] Ex dictis not. præc. & iis, quæ
Autor habet in fine §phi seq., Priors sunt du-
plicis generis. Scil. in nonnullis monasteriis
sunt loco abbatis, & dicuntur priores conven-
tuales. Præterea dantur Priors sub abbatē, in
monasterio præfecturam gerente, & dicuntur
claustrales, de quibus hoc & seq. §phi agitur.
Et hi sunt iterum ex dupli causa; aut enim

α) in eodem monasterio sub abbatē direc-
tionem conventus habet, atque vocatur in qui-
busdam monasteriis Guardian; vel

β) sunt priores obedientiarum, vid. §. seq.
ibique dicenda.

§. 3.

§. 3.

Preficit.] Scil. obedientiae sunt parva monasteria ab alio majore principaliori dependentia instar filiarum ecclesiarum, quæ a Priore reguntur, dependente ab abbatе vel præposito monasterii principalis; quarum duplex ratio est, scilicet

- 1) aucto nimium monasterio monachis & redditibus solet emitti colonia in vicinia singulare monasterium exstructura sub inspectione prioris, dependens a monasterio principali, unde deducta est, indeque dicuntur obedientiae, prioratus, Mönch-Häuser; vel
- 2) si monasterium acquirat dissitum aliquod prædium seu villam, mittit quosdam monachos ad dirigendam hanc villam sub inspectione Prioris, atque ut dependeat a monasterio principali, unde dicuntur Mönch-Höfe, Kohl-Höfe, Söhl-öfe.

TIT. XXXVI. & XXXVII.

DE RELIGIOSIS DOMIBUS &c.
CAPELLIS MONACHOR. &c.

§. 4.

Q) Sanctorum.] Et quidem probabiliter derivatio facta a cappa S. Martini, quæ fuit inter reliquias quondam servata in aula regum Fran-

U 3

ciæ.

310 LIB. III. TIT. XXXVI. DE RELIGIOSIS &c.

ciae. Alii inde derivant, quod conditoria reliquiarum conservandarum constituta fuerint formata ad instar cappæ, i. e. indumenti humeros & pectus ambientis, indeque ad talos dependentis. Etenim capella est diminutivum a cappa. Postea per tropum hæc vox ad oratoria monachorum & laicorum potentiorum trajecta est. Ceterum conf. ad h. t. CARRACHII filii diss. de jure condendi capellas.

§. 5.

Conventuales.] Vulgo die Kloster-Kirchen.

§. 8.

Exstructæ.] Quæ partim per æquivocationem vocabuli religionis cum pietate promiscue sumti, partim exinde, quod ab antiquis episcopi & presbyteri pauperum & ægrotorum, reliquorumque miserabilium curam gesserint, ad res ecclesiasticas & jurisdictionem episcopalem relatæ sunt.

Personarum.] Merito quoque huc referri deberent ergastula, die Zucht- und Arbeits-Häuser, quæ revera ad utilitatem publicam faciunt, quamvis jus can. huc non referat, utpote ad penam constituta, ut adeo magistratuī seculari solum subsint.

Possunt.] Ita ut etiam inter Protestantes consistorio competit supra dicta inspectio, ob dicta not. i. ad h. §.

K. P.

LIE. III. TIT. XXXVIII. DE JURE &c. 311

K. P. G. C. P. R.

Von Verpflegung der *Waysen*-Kinder im grossen Friedrichs-Hospital siehe *Circulare de 8. Junii 1758*. Zum Soutien der Casse des grossen Potsdammischen *Waysen-Haus* sind nicht allein die Juden-Trau-Schein-Gelder verschrieben, sondern auch die Annaten-Gelder, welche von Beneficien zu zahlen. Die Stifter sollen von den Annaten-Geldern, desgleichen von denen Geldern, welche wegen nicht gehaltener strikten Residenz, und pro Dispensatione derselben erleget sind, mit Ablauf jeden Jahrs an das Directoriuum des Potsdammischen *Waysen-Haus* berichten. *Circulare de 14. Januarii 1762*. Von Verpflegung der *Waysen* in Ost-Preussen siehe beym GRUBEN in *Corp. Conſt. Pruten. P. I. n. 128*. Die Verordnung vom 18. Januarii 1701.

TIT. XXXVIII.

DE JURE PATRONATUS.

§. I.

π) *Domini.*] Et cum opinione rerum divini juris ecclesiæ ac monasteria ex commercio privatarum exempta crederentur, nec tamen omne jus pristinis dominis eripi posset, ne laici deterrentur a fundatione ecclesiarum & monasteriorum, inde reliquias pristini dominii ejusque commoda & onera dixerunt jus patronatus, quod quoque spirituale esse judicant, patronis tamen ideo ab ecclesiis indultum, ut hæc gratiam cum

U 4 gratia

gratia compenset. Modi acquirendi jus patronatus sunt

- 1) originarii, utpote
 - α) fundatio,
 - β) dotario,
 - γ) restitutio; vel
- 2) Derivativi, utpote infeudatio vel alia alienatio.

Commoda & incommoda juris patronatus comprehenduntur versibus:

Patrono debetur honor, onus, utilitasque,
Præsens ut sit, defendat, alatur egenus.

Exercitam.] Equidem jus patronatus est vel

- 1) eminens, quod consistit in parte juris circa sacra; & hinc imperatorum & regum iuri derogatum est multum per episcopos inter catholicos, nisi quatenus onus in se continet; vel
- 2) vulgare, quod hoc loco tractatur. Quia aliquando utrumque concurrit, utpote in ecclesiis paganis, quae sunt in præfecturis principum. conf. THOMAS. diff. de jure patronatus.

o) Facta sunt.] Atque accidente opinione de spiritualitate beneficiorum & officiorum ecclesiasticorum, & quod per hoc spirituale quid in ministrum ecclesie conferatur, quod laicus conferre nequeat. Ne tamen episcopus patronum exclu-

excludere videatur, dicitur, quod ministrum a patrono præsentatum instituat.

§. 3.

Beneficii.] Sic seculare, non vero ecclesiæ sticum est jus patronatus, si ex bonis propriis clericis ecclesiam fundaverit seu restauraverit.

§. 4.

Consuetudine.] Cum enim ipsæ ecclesiæ, die Gemeinden, concurrerint in fundatione ædis sacræ, ac dotis constitutione, inde etiam concurredunt in constitutione ministri ecclesiæ. Et inde est, quod jus patronatus non ubique eodem se habeat modo, sed variis partis, vel etiam consuetudinibus restrictum sit.

§. 7.

Cessit.] Ex iis enim, quæ Autor dixit sub litt. c., apparet liquido, non laicis, sed episcopo proficuum esse hanc variandi licentiam.

§. 10.

Appellare.] Quin & ipse patronus habet jus appellandi, quippe qui valde gravatur per denegationem confirmationis injustam, quippe quæ denegatio tendit in eversionem juris patronatus.

U 5

§. II.

§. II.

ψ) Respuat.] Qua de causa etiam jus patronatus reale inter protestantes venit in aestimationem inter reliqua accessoria & jura fundi, es wird mit in Anschlag gebracht, si predium, cui illud cohæret, vendatur. Aestimatur autem, ut nonnulla alia jura, magis ex interesse ambitionis, quam ex interesse avaritiae.

§. 12.

Fluit.] Unde etiam exinde cura horum bonorum patrono incumbit, quia vel maxime ejus interest, ut sarta testa conserventur, siquidem alias bonis ecclesiæ deficentibus onus sustentandi parochum & ecclesiam maximam partem patrono incumbit.

Cedat.] Quapropter etiam ruri membra ecclesiæ concurrere debent in advehenda materia ad ædificandum necessaria, neque hac in re defenduntur libertate ab oneribus rusticis, den Hoffdiensten, quia haec præstatio exigitur ex alia ratione, scil. quod sint membra ecclesiæ.

Suo jure.] Unde patronus etiam solus agere potest, quamvis non concurrant ecclesiam repræsentantes. Neque enim his negligentibus patronus negligens esse tenetur, neque opus est mandato a repræsentantibus ecclesiam dando patrono, neque sic patrono opponi potest exceptio legitimationis ad processum.

§. 13.

§. 13.

Processionis.] Ut clerus certis quibusdam casibus patrono ad ecclesiam venienti obviam debet procedere ad fores ecclesiæ.

§. 14.

Renunciatione.] Etiam tacite per derelictionem, si nimurum patronus ecclesiam destruetam & dote privatam restituere nolit, alias autem eandem restituat.

K. P. G. C. P. R.

Vom *Jure Patronatus* ist zu merken die Verordn. de 16. Febr. 1660. dass die Vocationes der Inspectoren allein dem summo Episcopo zu komme, wenn auch gleich ein und andere Stadt einen Pfarrern zu vocire befugt sey. Ferner nach eben derselben Verordnung, was diejenigen Pfarr - Stellen anbelangt, da der Princeps das Jus patronatus hat, da werden aus dem Geheimten - Rath die vacirende Pfarr - Stellen besetzt, auch nebst denen Vocationen die Confirmations- und Schreiben pro Introductione allda ausgefertiger. (Ein Schreiben pro Introductione ist der Befehl, so an dem Prediger ergeht, dass ihn der Inspector installiren und der Gemeinde vorstellen solle, solch Schreiben muss er an dem Inspector liefern.) Auch nach eben dieser Verordnung von 1660. sollen die vocire Prediger, wenn nicht der Princeps das Jus vocandi hat, dem Consistorio präsentirt, und die Confirmation auf vorhergegangene Examination und Ordination,

tion, und vorgezeigte schriftliche Testimonia allda bekommen, und soll das Consistorium die Confirmationes nebst denen Schreiben pro Introductione in gewöhrlicher Form ausfertigen; Es soll aber in denen Confirmationen des in anno 1614. publicirten Edicta gedacht, und selbige, und die Schreiben pro Introductione vom Consistorio fämmlich und dem Protonotario hinführō subscribit werden. Ferner ist zu merken das *Rescript an das Neu-Märkische Consistorium de 7. April 1708.* wie es mit Vocationen zu halten, wenn summus Episcopus Collator in filia ist. Nach dem *Edict vom 14. December 1709.* sollen Patroni in Matre absque consensu Patroni in filia, & vice versa, keine Vocation ertheilen, auch kein Candidat ehr zur Probe-Predigt und Canzel gelassen werden, bis derselbe vom Consistorio oder dem Inspectore Loci mit zwey Predigten tentirt, und examinirt worden. Plura vide ad Lib. I. Tit. 12. & 13. Ferner nach der *Cabiners-Ordre vom 28. Febr. 1708.* sollen die Vocationes derer künftigen Prediger nicht weiter zur Königl. Allerböchsten Vollziehung eingefandt, sondern nur blosß von denen Ministers des geistlichen Departements authorisirt und unterzeichnet werden. Endlich sollen Innhalts *Verordn. vom 28. August 1706.* und *Circulare vom 2. Junii 1708.* die Inspectores, zu Vorbeugung aller Irrthümer bey den Vocationen der Prediger, von jeder Introduction eines Predigers insbesondere, und wo, auch wann solche geschehen, berichten. Siehe auch ad Tit. 6. Lib. I.

TIT.

TIT. XXXIX.

DE CENSIBUS, EXACTIO-
NIBUS &c.

§. 2.

a) *Potest.* Quamvis enim ab effectu ad causam procedat conclusio, ea tamen admodum est incerta, si ejusmodi effectus plures esse possint causæ, nec certum adsit indicium, ex qua causa effectus ille proveniat.

g) *Exercentes.*] Siquidem advocatis ad ecclesiam venientibus advocatiæ exercendæ causa dari confuevit vietus, die Atzung, vel loco ejus certus census.

§. 3.

Magna Causa.] Quæ tamen indeterminata est, & fere ex arbitrio episcopi dependet. Adeo, quod per exactiones extraordinarias, quas episcopi sensim exercuerunt, tota ferme evertitur juris can. regula.

§. 4.

Præstanta.] Nisi forsitan observantia, qua hucusque obtinuit, aliud suadeat. Ad minimum enim in possessorio secundum mensuram hucusque adhibitam judicandum est. Quin etiam in petitorio interpretationem capit ejusmodi constitutio onerum. Quod si vero nequidem exinde certum quid constet, tunc omnino secun-

secundum leges citt. in dubio sequimur id, quod minimum est.

§. 5.

Tributa.] Cum enim ecclesia pontificiis sit respublica, tributa quoque episcopi affectarunt, quorum luxui non sufficit pars bonorum, quæ ipsis antiquitus ex bonis ecclesiast. cessit.

Extraordinaria.] Quæ speciatim dicuntur exactiones.

γ) Præfita.] Siquidem quondam præcipuum munus episcopi fuit docere, & sic habere cathedram.

Rationabili causa.] Quæ tamen ex episcopi & capituli arbitrio dependet, cum lege non sit determinata, a quibus facile rationabilitas prætegitur.

δ) Charitativum.] Quod nomen inde est, quia olim sub specie charitatis exhibenda episcopi ab ecclesia per preces exegerint exactiones ejusmodi. Unde in Germania, quæ ab antiquis imperium habuit limitatum, etiam locum habuit in tributis reipubl. secularibus, unde in quibusdam locis adhuc talia tributa vocantur die Beede, Bede-Korn. vid. THOMAS. diff. de natura precum juridicarum.

§. 6.

Visitanti.] Quæ inde dicuntur, quod episcopo ecclesiam visitanti ab hac procuranda sint alimenta, & victus, vulgo diéten.

§. 8.

§. 8.

Cessante.] Ita ut apostoli, si quædam vitia irreperere viderint in quadam ecclesia, exhortatione, consilio, & doctrina ea evellere atque meliora plantare, nec non ecclesiæ pressæ solatium adferre consueverint.

§. 10.

Delegati.] Non vi jurisdictionis propriæ, sed jure delegationis perpetuæ ex concilio Tridentino constitutæ,

§. 11.

Possunt.] Ut adeo propinquius accedant hæ visitationes ad antiquas apostolicas, secund. §. 8. Evidem superintendentes evangelici destituuntur jurisdictione & imperio sacro. Quod si enim visitando talia deprehendant crimina, quæ ad jurisdictionem pertinent, referre debent eadem ad consistoria.

Nequeant.] Præsertim quia in visitationibus etiam respiciendum ad bona ecclesiastica, quorum conservandorum curam patronus quoque habere debet.

§. 14.

Relicta.] Quo fraudibus visitatorum & avaritiæ obviam eatur, & consulatur ecclesiis visitandis. Sed cautela hæc vix sufficit ad finem hunc imperrandum; nam si ecclesia procurationem

nem in vietualibus offerat, diu protrahit & extendit visitationem, quod diu fruantur visitatores redditibus hisce. Si offeratur pecunia, citissime transigitur visitatio, quo eodem die plures visitari possint ecclesiæ, adeoque eodem die plures percipi queant procurations.

K. P. G. C. P. R.

Die *Instruction*, wornach die Superintenden-ten, Pröbste, und Inspectores der Chur-Mark Brandenburg, ein jeder in seiner Diœcesi, die Local-Visitationen anzustellen und zu verrichten haben, lautet von 5. Mart. 1715. (beym MYLIO Vol. I. Seßt. I. pag. 513.) Die Visitationen-Fragen stehen l. c. pag. 435. Auch unterm 29. September 1736. wurde anbefohlen, dass die Inspectores die ihnen anvertraute Kirchen fleißig visitiren, und das Protocoll, wie sie alles gefunden, an die Consistoria einschicken; bey der Visitation den Predigern, einen Text, worüber sie bey seines des Inspectoris Anwesenheit predigen müs-sen, aufgeben, und ihre Catechisation anhören sollen. Ferner ist unterm 7. Maij 1767. 9. Jun. 1768. und 7. Julii 1768. wegen der Visitation der geistlichen Güter und Kirchen. Gelder den sämmt-lichen Inspectoribus Verhaltungs-Ordre ertheilt, nehmlich dahin zu sehen, 1) ob die Rechnungen der Kirchen und geistlichen Cassen gehörig abgelegt, und justificirt, 2) deren Capitalien auf sichere Hypotheken zinsbar ausgethan, 3) die baaren Bestände sicher und unter gemeinsamen Beschluss des Patroni, Predigers, und Vorstehers verwahrt? 4) deren Ländereyen ohne geschmä-lert erhalten, auch ordentlich alle Sechs Jahr den

den Meistbietenden verpachtet werden? 5) keine Kirchen-Gelder auf Wechsel, und keine unter 50. Rthlr. ohne derer Inspectoren, und über 50. Rthlr. ohne des Ober-Consistorii Consens ausgethan? 6) keine Kirchen- oder geistliche Güter ohne Consens veräussert, oder verändert, und 7) keine Bäue, (exclusive der nöthigen Reparaturen) oder Zulagen vorgenommen und bewilligt, oder 8) Processe geführt werden, ehe darin consentirt worden &c. Nach dem *Patent vom 27. Maii 1739.* soll keinem Kirchen-Patrono erlaubt seyn, die Kirchen-Armen- oder Witben-Capitalia eigenmächtig, und ohne Consens des Consistorii zinsbar an sich zu nehmen, oder sonst bey sich zu behalten, es wäre denn, dass ein Capital sub tali conditione expressa geschenkt, oder legirt worden. Wie die Kirchen-Äraria im *Magdeburgischen* und *Mansfeldischen* im guten Stande zu erhalten, auch wegen der Kirch-Rechnungs-Abnahme, siehe die *Instruction de 18. Februar. 1751.* Nach dem *Rescript vom 8. Jul. 1754.* sollen die Gammern auch die *Mit-Aufsicht* auf die pia corpora haben. In der Chur-Mark sollen die Justitiarii, wie zu den Gerichts-Tagen, also auch zur *Abnahme der Kirchen-Rechnungen* unentgeltlich gehoblet, und zurück gefahren werden, nach dem *Rescript vom 11. Maii 1746.* Wie die Kirchen-Rechnungen abgenommen, justificiri &c. werden sollen, davon gebietet das *Circulare de 14. November 1761.* und *19. Januarii 1769.* Nach letztem soll das Rechnungs-Wesen über die Kirchen- und Armen-Mittel, Schul-Cassen, Waisen-Häuser, Hospitäler, insgemein über alle öffentliche Anstalten, mit besserer Ordnung, und mehrer Hurtigkeit als zeithero geschehen, betrieben werden, und ist die *Ober-Kriegs- und Domai.*

Domainen-Rechnungs-Cammer angewiesen, der Revision aller Rechnungen dieser Art, deren jährliche Einnahme 500. Rthlr. und darüber beträgt, sich zu unterziehen; auch ist zum Grund-Satz festgesetzt worden, dass die Abnahme, Revision, und Decharge aller Rechnungen vorge-dachter Corporum, Anstalten und Stiftungen, die Einnahme sey gros oder klein, unter oder über 500. Rthlr., so, wie auch die Beantwor-tung, und Elidirung derer gefundenen Moni-torum, und was dem anhängig ist, von Jahr zu Jahr, ohne Ausnahme, durch die Collegia, unter deren Direction die Administration stehet, verschafft werden solle. Mehrers von genauer Aufsicht und bestimmten bey Kirchen und andern milden Stiftungen oder piis Corporibus z. E. Hospitälern zu beobachtenden Rechreiche siehe in dem *Circulare vom 7. Maij 1767. 9. Jun. 1768.* und *7. Julii ej. a.* Denn zu Folge denen nach der *Cabiners-Ordre vom 23. Jun. 1768.* er-lassenen Verordnungen schickt z. E. der Rendant der *Casse Mantis pietatis*, woraus die reformirte Prediger, Kirchen- und Schul-Bediente salarirt werden, die jährliche ordentliche Rechnung mit den zur Justification gehörigen Belägen, binnen 4. Wochen nach Ablauf des Rechnungs-Jahrs, in Duplo an das Kirchen-Directorium, welches ein Exemplar behält, und das andere Exemplar mit den gehefteten und numerirten Original-Belägen, (und dazu gehörigen Stück-Rechnun-gen,) an die Ober-Rechen-Cammer zur Revi-sion und Abnahme, absendet. Dieses Exemplar nun behält die Ober-Rechen-Cammer bey den Aeten, und wenn diese Rechnung examinirt, und entweder die Decharge, oder dabey etwa befun-den Monita mit den Original-Belägen remit-tirt, so muss das Kirchen-Directorium entweder

die

die Decharge, oder die etwanige Monita dem Rendanten mit der Aufgabe zufertigen, solche längstens binnen 4. Wochen zu beantworten, und wenn die Beantwortung oder erforderne Erläuterung einkommt, hat das Directorium solche der Ober-Rechen-Cammer zur fernern Beurtheilung gleich zu communiciren; Der Rendant der Dohm-Kirchen-Casse, woraus die Dohm-Kirche unterhalten, auch die Hofprediger, und übrigen Kirchen- und Schul-Bediente beföldet werden, überschickt auf vorgedachte Art seine Rechnung dem Dohm-Kirchen-Directorio; &c. Der Rendant der Joachimsthalischen Gymnasien-Cassen dem Schul-Directorio; &c. Der Rendant der Candidaten-Casse, woraus die Dohm-Candidaten beföldet werden, dem Kirchen-Directorio; &c. Die Universitäten an das Ober-Curatorium, &c. Und da jeder Rendant übrigens für der Richtigkeit der Rechnung in Ansehung des Calculi stehen muss, so muss er auch vor jedem Fehler in Calculo 8 Gr. erlegen, welche denen Calculatoribus der Ober-Rechen-Cammer zur Aufmunterung ihres Dienstes bewilligt worden. (In GRUBENS Corp. Confl. Pruten. befinden sich die Visitations-Instruktiones sub n. 1. 3. 4. 5. & 6. auch 40. P. I. aus letztern ist zu bemerken, dass solche alle Jahr geschehen sollen.)

TIT. XL.

DE CONSECRATIONE EC-
CLESIÆ &c.

§. I.

Quemadmodum contra observantiam primæ ecclesiæ, & Athanasii apologiam ad Constantium, imo

X 2

con-

contra Gregorium IX. c. 9. X. de imminutis ecclēs: idque invaluit, postquam clerus christianus se cum sacerdotibus & levitis judaicis, atque ecclēsias cum templo Hierosolymitano perperam comparavit, imo & consecrationem templi Hierosolymitani cum templis ethnicis contulit.

§. 2.

Divinum.] Ut scil. ipsum ædificium & ipsa vasā sacra divinā qualitate adfiantur, rei perpetuo cohærente, eaque omnium hominum commercio & dispositioni eximente.

§. 3.

Dedicitur.] Per primam celebrationem cultus divini externi publici, ita ut preces, hymni, & concio ad hunc actum primum singulariter dirigantur, ac si fieri possit, actus parochiales simul exerceantur, ut ecclēsia in quasi-possessione actuum parochialium constituatur.

Adhibendis.] Nam in rebus mobilibus non opus est autoritate publica, sed sufficit destinatio ad perpetuum usum cultus divini externi & realis applicatio.

§. 5.

Tracte.] Confuso simul judaismo & gentilismo. Evidētē consecratio tabernaculi & templi Hierosolymitani ideo facta, non ut divinum quid inde efficeretur, sed ut locus separatus

ratus ab usibus secularibus sit & constitueretur in perpetuum usum sacrificiorum atque reliqui cultus divini externi, eumque in finem singularis reverentia ei concilietur; sed gentilis consecratio particulam essentiae divinae tribuere dicebatur templis, eaque singulari modo deorum subjicere dominio.

Altaribus.] Post comparationem ecclesiae christianae cum templo Hierosolymitano, quod sacrificiorum causa constitutum, adeoque altariis instructum esse debet. Accessit opinio de sacrificio missæ. Protestantes talia non habent altaria, sed quod venit ipsis nomine altarium, mensas indicat, quarum forma arbitraria est.

λ) Depositæ.] Ex rationibus, quas vidimus tit. de sepulchris.

Deminuto.] Quod vocant læsionem enormous; qualis judicatur, si fractio tanta sit, ut patena vel calix non amplius subsistere queat in eadem parte sigilli.

§. 6.

Encæniarum.] Quæ vox indigitat instauratiōnem, innovationem.

Versum est.] Nam encænae templorum celebratae sunt initio cum conviviis, & hospites ad encænias invitati sunt, ut eo splendidiores essent, & sic laute sint instructæ; harumque occasione in pagis quoque factus est magnus hominum concursus, & quo hi eo melius se exhiberent,

concurserunt quoque cupediarii, aliqui hujus generis homines, ita ut inde nundinationes quædam in encæniis ortæ sint.

§. 8.

[*Reconciliatione.*] Sub quo nomine occulant consecrationem, quam tamen fieri posse negant Pontificii. Ceterum hanc reconciliationem inde defendunt, quod fiant pro indigitanda gravitate peccatorum ab hominibus commissorum. Sed hæc alio modo repræsentanda, & peccatores cum Deo alio modo sunt reconciliandi.

K. P. G. C. P. R.

Patent wegen der Kirche, so die Römisch-katholischen zu Berlin erbauen, vom 22. November 1746, bey dem Rescript vom 18. November 1750. Und daß nach Antrag der Gammer in Schlesien die dort befindliche Bet-Häuser mit dem Nahmen: Evangelische Kirchen belegter werden sollen, davon siehe Verordnung vom 23. Aug. 1764. In Ost-Preussen darf auch nach der Verordnung vom 9. Januarii 1711. (beym GRUBEN in Corp. Conf. Prut. P. I. n. 18.) kein Prediger, sub pena suspensionis ab officio, bey Bauten, oder ansehnlichen Reparationen, oder Auszierungen, der Kirchen, ihrer Glocken-Thürme, Orgeln, und dergleichen eine Einweihungs- Einsegneungs- oder Danksagungs-Predigt, und wie es Nahmen haben mag, halten, ohne vorher darüber beym König, oder der dortigen Regierung Consens vorher einzuhohlen.

TIT.

§. X.

TIT. XLI.

DE CELEBRATIONE MISSÆ &c.

§. 5.

Turbat.] Ita ut actus facer abrumpatur. Et quamvis inter Protestantes alieni simus ab opinione de consecratione papali: ædes tamen sacra est locus publicus, cui debetur publica securitas, & ecclesia est publicum collegium, atque minister ecclesiæ publico instructus est officio, ut adeo vis publica atrocior per ejusmodi turbationem committatur magna adversione digna. Aliud dicendum de oratoriis privatis, in quibus turbæ aut ad injuriam saltem, aut ad vim privatam referri debent, nisi modus violentiæ in vim publicam incidat.

§. 8.

Instituta.] Sacramentum sumitur

- 1) late pro quovis mysterio, vel pro quovis signo rei sacræ, siquidem Patrum quidam, ubi scripturam sacram vertunt, id, quod hæc μυστήριον dixit, nunc per sacramentum, nunc per mysterium reddiderunt. Sed sic plura sunt sacramenta, quam septem. Et hic numerus demum determinatus est per DD. Sorbonæ, ne nimium progrediatur numerus. Quam in rem variis usi sunt allusionibus a septenario numero desuntis.

X 4

2) Stri-

2) Stricte sumitur in tali sensu, in quali baptismus & sacra cena sacramenta sunt, quorum communia & essentialia eod redeunt, quod sacramentum sit auctus ab ipso Deo institutus, ita ut per materiale & visibile signum ad ipsam Dei institutionem tractatum, indeque cum re caelesti unitum, gratia remissionis peccatorum utentibus in fide exhibeat & obligetur. Et hoc sensu praeter baptismum & sacram cenan nulla sunt sacramenta, siquidem ex communibus hisce essentialibus aliquid deest omnibus reliquis quinque speciebus.

Posse.] Obserum ens characteris ideo commentari sunt, quo reiterabilitatem & irreiterabilitatem quorundam sacramentorum deducant. Sed non opus est, ut clarum per obserum deducamus, cum reiterabilitas S. cœps ex institutione ejusdem in verbis Servatoris nostri, so oft ihes thur, adpareat, quod secus dicendum de baptismo.

§. 10.

Et defunctis.] Utii fit in denen Seel-Messen.

Necessitatibus.] Ita ut quocunque malo afflicti adhibere soleant missam, utope pro ægrotis, pro iis, quibus furto quid ablatum, pro iis, quorum pecora ægrotant.

Cen-

Censet. Cum enim missa cum oblationibus fuerit conjuncta, natus inde est error, quem supra tit. 30. jam notavimus, quod missa cuiusvis mali medela sit.

§. II.

Dominice.] In qua ob singulare beneficium in homines collatum quilibet sacerdos tres missas celebrare potest. Primam scil. in tenebris, ad indicandum tempus ante legem; secundam sub diluculo, ad indigitandum tempus sub lege, tertiam hora consueta, i. e. nona, ad indicandum tempus post legem seu in luce evangeli.

§. 12.

Due.] Missa a nonnullis derivatur ex hebreico *Mas*, massa, tributum, census, alii ex latino. At in prima ecclesia diaconus ante agapias & eucharistiae celebrationem exclamavit: ite catechumini, pénitentes energumeni, excommunicate infideles, missa est, scil. cantio. Unde partim totus cultus dívinus externus solennis cum administratione eucharistiae, partim hæc sola missæ nomine venit. Eucharistiae autem hæc administratio abiit in sacrificium, partim per dicta tit. de oblat., siquidem symbola eucharistiae ex oblationibus desumebantur, partim ex mixtura christianismi & judaismi.

Eucharisticorum.] i. e. materiæ visibilis, quæ cum re cœlesti unitur.

X 5

§. 13.

§. 13.

Secrete.] Ob reverentiam, quia his verbis Christus fieri dicitur. Unde populo in recitatione horum verborum signum datur campana, mit dem Wandel-Glöckgen, ut adorationis ergo possit flestere genua.

Adscribatur.] Cujus rei ratio partim est in allegoriciis locutionibus quorundam Patrum, partim in hypothesi de sacrificio.

8) *Adlatiſ.*] Quorsum imprimis multitudo communicantium in Oriente ex iis, qui expeditionibus, sacris intererant, ubi facile vinum effundi potuerit, præfertim ab hominibus barbarum prolixam habentibus; partim in quibusdam locis ratio esse potuit inopia vini, quibus theologi pontifici alias addiderunt rationes.

Peccatorum.] Quod imprimis per modum necessitatis imposuit demum Innocentius III.

§. 14.

1) *Problema eſt.]* In quo resolvendo

1) initio monendi sumus, quod non privatio, sed contemnus sacramenti æterna salute hominem privet, adeoque absoluta necessitas non exigat, ut sacramentum S. cenæ ab alio, quam a ministro ecclesiæ exhibeatur.
Quod si tamen

2) quis in opinione absolute necessitatis sit, omnino dicendum, quod deficiente ministro

nistro laicus administrare queat. Adde,
quod Protestantes hoc sacrificium missæ
negent, adeoque sacerdote ordinato opus
esse non statuant.

u) Ad agrotantes.] Neque cogi possunt,
ut discedant in aliam plateam, si salutare nolint,
utpote quod etiam adversum est tolerantiae reli-
giose necessariæ ex anno decretorio debitæ.

Ministris ecclef.] Pabulum enim hoc ani-
mæ non est obtrudendum, sed concedendum
esurientibus & sitiensibus. Et aliud est contem-
nus, quem coercent etiam pleræque constitutio-
nes ecclesiast. Protestantium denegatione honestæ
sepulturæ, aliud est omisso.

§. 15.

Integrum est.] Unde effectus juridici de-
pendent ab usu eucharistiæ, scil. omnes, qui
pertinent ad jura integrorum ecclesiæ mem-
brorum.

Potest.] Quamvis inter pontificios indirecte
aliud introductum sit ex dictis not. ult. ad §. 13.
Conf. ad h. tit. LYNCKERI diss. de eo, quod
justum est circa S. cenam. CHIFLETII diss.
de eucharistia reorum. CHARITII Gedanken,
warum man einen Delinquenten, der nicht be-
kannt hat, das heilige Abendmahl gereicht.

K. P.

K. P. G. C. P. R.

Wegen des heiligen Abendmahls ist zu merken das Edict de 26. September 1738, daß hinfüthro der benötigte Wein von dem Prediger selbst angeschafft, auch von ihm selbst in dem Kelche jederzeit gegossen, und solches keines weges mehr durch den Küster verrichtet werden solle. Ferner die Verordn. wegen des Ranges und Vortritts bey der Communion, daß solcher Streit abzuschaffen, de 13. Febr. 1699. und in Ost-Pruessen de 14. Maij 1701. Ferner Patent de 28. Januar. 1738. daß nicht mehr Wein, als zu den Communionen nothdürftig gehöret, angeschafft werden solle. Ferner Verordn. vom 20. Febr. 1696. daß keine Röhrchen im Kelch beym Abendmahl gebraucht werden sollen. Ferner Verordn. vom 27. September 1736. wegen Abschaffung des Singens derer Gebete, Segens, wie auch der Worte der Einsetzung des heiligen Abendmahls. Ferner Rescript vom 12. December 1711. wegen der Formuln bey Administration der heiligen Communion in der reformirren Kirche. Ferner Verordn. vom 2. Febr. 1718. und 27. Marr. 1748. daß kein Prediger bey Vermeidung schwerer Strafe sich animassen solle, eigenmächtiger Weise jemanden vom Abendmahl abzuweisen. Ferner Verordn. vom 9. Junii 1732. wie das Abendmahl denen Epileptis, und mit eckelhaftien Schäden behafteten auszutheilen. Ferner Declarazion vom 16. Januarii 1732. wie es ratione derer alten und gebrechlichen Personen bey Distribution des heiligen Abendmahls zu halten. Ferner Verordnung vom 6. September 1731. wegen vorsichtiger Administration des heiligen Abendmahls, und daß solches denen Gesunden nicht anders als in der Kirche öffentlich gereicht werden solle; wenn jedoch kranken oder sterbenden Personen die Communion auf dem Bette gereicht wird, so kön-

können noch 3. oder 4. gute Freunde admittirt werden laut *Verordn. vom 14. Mart. 1732.*; und nach eben dieser selbigen Verordn. kann zwar nach den Wochen-Predigten communicirt werden; Allein die *Resolution vom 12. Iunii 1749.* verbietet die Privat-Communion bey den Wochen-Predigten. Nach der *Resolution vom 23. Maii 1739.* ist auch *bey der Lutherisch-Böhmis-chen Kirche* oder Gemeinde ordinaires Brod an Statt der Oblaten zu gebrauchen. Endlich ist annoch auch zu merken die *Verordn. vom 18. Oktober 1660.* und in Ost-Preussen vom 2. Maij 1718. (beym GRUBEN P. I. n. 50. & 51.) dass die heranwachsende Kinder, nach geschehener genügender Unterrichtung, zuförderst von den Predigern der Gemeinde öffentlich vorgestellt, und darauf zum Abendmahl verfattet werden sollen. Und das *Mandat vom 2. Febr. 1718.* dass, wenn Knechte, Mägde, oder Hanss-Leute von einem Ort hinweg, und an einem andern ziehen, sie von ihrem bisherigen Seel-Sorger ein *Testimonium* von ihrem Christenthum, Leben, und Wandel, (ohne Entgeld,) mit sich nehmen, und solches ihrem künftigen Prediger, ehe sie zum Tisch des HErrn bey ihm gehen wollen, einhändigen, auch ohne solches Zeugniß kein Prediger jemand zum heiligen Abendmahl annehmen soll. In Ost-Preussen ist durch ein *Rescript vom 13. April 1660.* auch verboten, in absonderlichen Communionen vor der Predigt den Reichen und Vornehmen, nach der Predigt den Armen und gemeinen Haufen das heilige Abendmahl zu administrieren; Keinem Gefunden, wes Standes er auch sey, soll in Actu separato vor der Predigt in der Kirchen das Abendmahl gereicht werden. Siehe beym GRUBEN in Corp. Const. Prut. P. I. n. 19.

TIT.

TIT. XLII. & XLIII.

DE BAPTISMO &c. DE PRESBYTERO NON BAPTIZATO.

§. 1.

Initiationis.] Judæis quidem jam usu venit baptismus, qui proselytas imprimis baptizerunt ad indigitandam purificationem a superstitione & sceleribus gentilium, attamen non fuit sacramentum initiationis.

Adst.] Uti contingit in infantibus expositis recenter natis, siquidem plerumque ideo ante baptismum exponuntur, quo puerperium maneat occultum, quod non fieret, si essent baptizati.

§. 2.

Offerendos.] Velsi nolint, magistratus liberos parentibus Christianis auferat eosque jubet baptizari, & postea eos restituit parentibus. Cujus theseos ratio esse fertur, quod parentes, quatenus ecclesiae certæ se adhuc adscriptos contentur, legibus quoque ecclesiae teneantur. Sed limitanda est thesis, si parentes se profiteantur addictos sectæ anabaptistarum. Tunc enim ejusmodi coactio accusarent violentie conscientis illatae. vid. etiam not. seq. Quocirca vix locum habet quidpiam, nisi quod parentibus emigratio injungi possit ob mutationem sacrorum, non vero cogendi sint ad baptismum.

r) Non

Non posse.] Aut enim tolerantur, aut non. Posteriori casu nihil fieri potest, quam ut judæis emigratio injungatur. Nec adeo illis auferendi sunt liberi ad baptismum rapiendi. Priori casu frouuntur jure civium, & sic patria potestate, indeq[ue] educationis arbitrio. Ergo utroque casu injustum est parentibus auferre liberos. Quod si tamen liberi adulti sint, judicio jam collentes sufficienti, & sponte religionem christianam amplecti velint, parentes judæi mutationem religionis prohibendi jus non habent.

§. 3.

Preparandi.] Ita ut traderentur quibusdam fratribus instituendi in christianismo & disciplina ecclesiastica, atque ut fratres simul sint observatores vitae præparandorum, quo constet, an digni sint, ut recipiantur in fraternitatem ecclesiasticam.

Audientes.] i.e. qui interesse poterant concionibus, precibus, hymnis, sermonibus audiendis, attamen abire debebant, cum mysteria christianismi, agapæ, & evcharistie tractarentur.

Competentes.] Qui quidem mysteriis interesse poterant, nec tamen inde participabant ex agapis & evcharistia, utpote nondum baptizati, nec itaque in fraternitates recepi.

Desideratur.] Merito, ne temere baptimus iis concedatur in abusum, quippe qui nonnunquam pro lucro captando adhibetur ex dominis

nis baptismalibus, adeo ut sc̄epe plures in diversis se baptizari curent regionibus.

§. 4.

Initientur.] In quibusdam tamen locis facile dispensatur, siquidem patrini intersunt baptismō ecclesiam repräsentantes.

§. 5.

Arenunciatio.] Post catechisationem solenam seu solenne examen, & emissam confessionem fidei christianæ, præstitumque testimonium ab observatoribus viris eorum.

Recipiebatur.] Evidem hac arenegatione catechumenus renunciabat infidelium erroribus & sceleribus, promittebatque, se servaturum disciplinam ecclesiasticam.

Erat.] Scil. initio ad flamina, postea vero ad ecclesias baptismales, siquidem baptisteria ex fontibus fodiebantur prope ad ecclesiam episcopalem cuiusvis urbis, cum episcopi tanquam primi presbyteri magnum momentum referebant in recipiendis catechumenis ad catechisnum; quamvis postea non amplius in quavis urbe esset episcopus, & baptismus ægrotorum & parvulorum ablutione & aspersione fieret loco submersionis, baptismus in quavis ecclesia parochiali dari cœpit, factusque actus parochialis.

Fieret.] Quemadmodum etiam antiquitus parvulis statim post baptismum nonnulli evcha-

eucharistiae loco in os dederunt cibum quandam ex lacte, vel alium tenuem, exinde dictum patrem eucharistiae vicarium.

§. 6.

Excludendi.] Quod mihi non videtur de hereticis, qui trinitatem non negant, dum quidem vix dici poterit quis recipi per baptismum particulariter in ecclesiam quandam particularem, postquam confederata disciplina est, sed potius quis in ecclesiam christianam recipitur, tum quod ipse baptinus dari & recipi possit ab alio sacerdote, quam istius ecclesiae, cui baptizatus a parentibus suis addicitur.

Potest.] Nec injuriarum conveniri potest, quod noluerit esse patrinus, si modeste illud neget, praesertim cum in multis locis magna habeat incommoda hoc munus. conf. MASTRICH de susceptoribus.

§. 7.

Religionis sunt.] Quæ utroque gauder sacris publicis, si inter parentes ejusmodi nihil hac de re convenerit; nam patri debentur in familia primæ in directione, quorsum etiam educatio pertinet, cuius pars est institutio simulque initatio in sacris.

Laicus.] Cum enim Libro I. dictum, quod boni ordinis causa id, quod ad jura omnium ecclesiarum membrorum pertinet, certis personis, scil. ministris ecclesiae demandatum sit, sequitur,

X

quod

quod necessitate suadente ex qua ordo ipse obtinere nequit, pristinum jus singulis redeat membris.

Necessitatis.] Quemadmodum nec mortui baptizandi sunt. Neque tamen exinde neganda est salus æterna ejusmodi hominibus, siquidem non privatio, sed contemptus sacramenti salutis efficit amissionem, & sacramentum hoc pertinet ad media ordinaria salutis, quibus tamen extraordinaria gratia divina non præcluditur. Exemplum est in Veteris testamenti fidelibus, & in latrone, qui cum Christo crucifixus erat, in mortis articulo adhuc penitente, & a Christo de vita æterna facto certiore. Et sic non opus est distinctione inter baptismum fluminis, flaminis, & sanguinis.

§. 8.

v) Adhibentur.] Et erroneam habent originem exorcismi, qui primi adhibiti sunt energumenis, a quibus dæmones pellebantur; quod in prima ecclesia frequenter factum circa tempus paschale. Cessante vero dono pellendi dæmones exorcismus mansit, & baptismo adjectus est, qui eodem tempore fieri solebat, atque ab obsessione spirituali liberari dictus, a qua ramen baptismus ipse per se jam liberat.

§. 9.

etiam Fecit.] Atque inter catholicos & evangelicos nihil sit, quam confessio symboli Apostolici,

lici, in quo tres hæ religiones conveniunt. Unde accedit adhuc argumentum dictis ad §. 6. lit. 6.

§. 10.

Egressi.] Quia non amplius in quavis urbe episcopus fuit, & tamen invaluit, ut in quavis parochia a presbytero parocho fieret baptismus, episcopi autem magnam partem sibi ea in re voluerunt retinere: inde factum, ut manuum impositio a baptismō sit separata, cui aliae postea accesserunt solennitates.

§. 11.

Ritum.] Adhibendum in iis, qui in proximū sunt, ut velint admitti prima vice sacramentum eucharistiæ.

§. 12.

Peragitur.] Et ab apostolis tanquam arbitrarius ritus adhibita est unctio aliquando ad sanitatem miraculoſo modo restituendam.

§. 13.

Precibus.] Et formula: per istam unctiōnem & piissimam misericordiam suām indulgeat tibi dominus, quicquid deliquisti per visum, gustum olfactum, auditum, tactum. Peccatus ungunt propter appetitum, & pedes propter motum.

K. P. G. C. P. R.

Wegen der H. Taufe ist zu merken die Verordnung vom 3. Januarii 1703. wie sich die Predi-

ger wegen des *Exorcismi* zu verhalten haben. Ferner die *Verordn. vom 21. Martii 1716.* wegen der Taufe &c. Bey den Reformirten teutſcher und franzöſischer Nation. Ferner die *Verordnung vom 17. Jul. 1685.* daß nicht mehr als Fünf Gevattern zugelassen werden sollen. Welches das *Circulare vom 17. November 1708.* ebenfalls besagt. wenn über 5. Personen, so soll vor jede Person Ein Thaler Strafe bezahlt werden. Nach dem *Rescript vom 24. November 1690.* sollen die Reformirten auch nicht mehr, als fünf Pathen, allhier, haben. Ferner ist zu merken das *Circulare vom 9. Febr. 1708.* nach welchem die Prediger für die Taufe unehelicher Kinder, bey Vermeidung ernstlicher Bestrafung nicht mehr Gebühren, als für die eheliche Kinder nehmen; auch nicht, unter welchem Vorwand es wolle, das übliche Tauf-Gebühr erhöhen sollen. (In der Alt. Mark ist schon unterm 24. September 1748. dergleichen *Verbot* ergangen gewesen.) Nach dem *Edict vom 15. Jun. 1739.* soll auch kein Prediger vor ein *ex anticipato coitu erzeugtes Kind* über die ordinaire Tauf-Gebühren das geringste an Geld nehmen. Wie es übrigens mit Entrichtung derer Jurium stolæ bey Taufen der Kinder, deren Eltern von verschiedener Confession sind, zu halten, davon siehe *Reglement vom 15. Juli 1771.* Endlich ist auch annoch zu merken, daß die *catholische Geiftliche in Berlin* nicht taufen, auch nicht trauen sollen, außer bey vornehmen Personen, und auf jedesmaliger vorhergehender Anfrage. *Rescript de 10. April 1751.* Wegen der *Norb-Taufe* findet sich in der *Kirchen-Ordnung de 1540. und 1572.* Die Anordnung, daß der Pfarrer sich nachgehends aller Umstände, die dabey vorgegangen, erkundigen solle, und so das Kind am Leben bleibt, darüber nebst den Gevattern

vattern in der Kirche sein Gebet verrichten; Wenn aber die Leute etwan nicht wisten, was sie bey der Noth-Taufe gedacht oder gesagt hätten, das Kind ordentlich noch einmahl getauft werden solle. Von den *Listen* derer *Geborbenen* siehe bey Lib II. Tit. 22. In Ost-Preußen ist übrigens es bey der Observantz belassen, die Kinder in der Kirche oder im Hause, nach Jedermanns Willen, taufen zu lassen, ohne, dass mehr vor eine Haus-Taufe bezahlt werden darf.

Rescript de 14 Mart. 1776.

TIT. XLIV. & XLV.

DE CUSTODIA EVCHARISTIÆ &c.
ET DE RELIQUIIS.

§. I.

Creditur:] Adeoque post consecrationem semel factam semper Christus sub hostiæ consecratae forma adesse creditur.

Conservanda:] Præsertim quia non quovis tempore consecratio fieri potest.

§. 3.

Celebrabant:] Et uti pro fratribus, qui tanquam integræ ecclesiæ membra mortui erant, offerebatur, simulque eorum tanquam offerentium nomina ex diptichis inter missarum solennia recitabantur, ita idem cum martyribus factum, singulisque annis memoria eorum reculta fuit die emortuali; cui tandem accessit

opinio, quod sancti eos venerantes deprecen-
tur apud Deum, quod tamen Scripturæ S. non
convenit. Et exinde dicta est canonisatio, quia
inter sanctos relati referuntur in canone missæ,
ut eorum nomina in litanie recitentur.

TIT. XLVI.

DE OBSERVATIONE JEJU-
NIORUM.

ad §. 2.

Fuerunt.] Variis ex causis adhibita fuerunt
inter iudeos & gentiles illos imitantes, scil. vel
ob sanitatem corporis, & ad compescendas vo-
luptates, vel ex tristitia, & ad eam indicandam,
vel ad præparandum se ad negotia ardua singu-
laris cultus divini, vel alia, ut eo curatius iis
vacare potuerint.

Nefas.] Evidem iudei, & ad eorum æmu-
lationem nonnulli gentiles habuerunt festa tum
lætitiae, tum etiam tristitiae, & in his jejunarunt.
Et ad posteriora pertinuerunt iudeorum dies
dung, damit sie nicht bey einander die Hölle auf Erden bauen, geschehen, und beyden Theilen erlaubt werden solle, sich anderweit zu verehlichen. Wider die doch, welche sich *eigenmächtig à Thoro & Menſa separiren*, soll inquirirt werden, laut *Verordn. vom 5. December 1676.* Siehe auch *Consil. Ordin. von 1573.* (beym *MYLIO pag. 333 & 335.* von Eheleuten, so ohne in Rechten zulässliche Ursachen von einander seyn; it. von dem Weg-Ziehen, so unter Eheleuten aus redlichen Ursachen und Geschäftten geschiehet.) In Anschung derer Ehe-Concessionen solcher Leute, welche sich währenden Krieges an Personen von der feindlichen Armee verbeyrathet, und nachher von selbigen wieder verlassen worden, ist es nach dem *Rescript vom 14. October 1705.* zu halten, nehmlich juretur, dass sie von absente keine Nachricht haben, dessen Aufenthalt &c. nicht wissen, & citetur absens editatiter. Uebrigens sagt das *Rescript vom 29. December 1751.* dass, ob schon der König wegen starker Verbitterung und Feindschaft die Ehe-Scheidung verfügt wissen wolle, dennoch die *pænae divortii* gegen diejenigen, welche caufam zur Ehe-Scheidung gegeben, keinesweges aufgehoben seyn sollen; Und das *Rescript vom 9. Junii 1752.* sagt: da die *pænae divortii*, worauf bey Ehe-Scheidungen mitzuerkennen, in dem *jure communī* deutlich exprimirt sind, so dürfe nur nach Vorschrift desselben, ohne andere Verhaltungs-Befehle benötigt zu seyn, gesprochen werden. Innhalts *Rescripti vom 27. November 1765.* aber ist befohlen, dass, da es die Nothwendigkeit erfordere, denen gar zu häufig vorfallenden Ehe-Scheidungen, die theils überhaupt von nachtheiligen Folgen sind, theils auch sehr öfters aus dem alleinigen Grunde, einen andern Mann, oder andere

andere Frau zu haben, gesucht werden, so viel möglich vorzubeugen; in allen Fällen ohne Unterschied auf pœnam divorții zum Besten des unschuldigen Theils erkannt werden solle.

TIT. XX.

DE DONATIONIBUS INTER VIRUM ET UXOREM ET DE DOTE
POST DIVORTIUM RESTITUENDA.

§. 1.

Solet.] Et quamvis ad jus civ. ex principiis juris Germ. deduxerimus, valere donationem inter conjuges: per divoritum tamen vel separationem quoad thorū & mensā donanti nasci potest jus revocandi donationem ex causa ingratitudinis concurrentis cum causa divorții vel separationis.

§. 2.

Protegit.] Quarum tanquam personarum miserabilium curam gesserunt primi jurium conditores. Sed in Germ. citatæ causæ, & si dōtem concernant, sunt mere seculares, atque pertinent ad forum seculare.

ψ) Denegat.] Neque hæc causa pertinet inter protestantes ad judicium seculare superius. Quin etiam in terris Protestantium provocatio ad papam non permititur per leges Imperii.

TIT.

TIT. XXI.

DE SECUNDIS NUPTIIS.

ad §. 1.

Probata.] Ex odio patrum quorundam in matrimonium, errantium circa interpretationem S. scripturæ, & circa jus nat., unde satis peccatum putabant per primum matrimonium, ut ita secundum non sit contrahendum. Unde secundas nuptias nonnulli dixerunt stuprum honestum. Postea quoque excogitarunt rationes odii sui in secundas nuptias, sed stolidas.

§. 2.

Mitigata.] Ita ut solum jure can. noviore supersint, quæ habentur ſpho præced. lit. C. Protestantes autem nec hoc quidem attendunt.

Evangelicos.] Et quidem merito, quamvis non ex ratione juris can., sed quia pena infamia jure rom. statuta apud nos nimis dura est; quamvis pena alia vel carceris vel pecuniaria imponi queat nimis festinanter ruentibus ad secundas nuptias.

Not. i) Succedit.] Hodie imprimis, quia in Germ. successio conjugum aliter se habet, quam jure romano.

Bb

§. 3.

§. 3.

Contraria.] Quia lex Papia Popp. cœlibatus & orbitatis pecuniam constituit, quæ tamen lege Germanica caret, ut adeo inter Protestantes quoque subsistere possimus in jure canonico.

K. P. G. C. P. R.

Wittvers und Wittwen müssen zuförderst Richtigkeit mit den Kindern eister Ehe machen, und Vormündere besorgen. *Rescript. de 3. November 1683.* 7. Januar. 1690. 28. Mart. 1714. *Vormundsch. Ordnung v. 23. September 1718.* §. 7. §. 7.
Concurs - und Hiperbequen - Ordn. de 4. Febr. 1722. §. 10. *Rescript de 10. April 1730.* auch der gleichen de 18. April 1752. und in Ost-Preussen de 6. August 1714. *Wegen der selbst geführten Vormundschaft siehe voralleg. Vormundschaft Ordn.* §. 12. lit. g. §. k. item §. 14. verb. *Wie sie denn solche &c. anbelangend Annum Luctus,* soll nach dem *Circulare de 3. Febr. 1738.* keiner Witwe vor Ablauf vollkommener $\frac{3}{4}$ Jahre nach ihres Mannes Tode zu heyrathen Dispensation ertheilet werden, solche auch niemahlen, als *prævio juramento*, das sie nicht schwanger sey, gegeben, und die Falschschwörende mit vierteljähriger Spinn-Haus-Arbeit bestraft werden. Mehrers siehe in *Rescripto de 26. Jul. 1747.* und 8. November 1752. auch 26. Jul. 1763. durch welches letztere der Clevischen Regierung inhibirt worden, Dispensationem à tempore luctus, ohne deshalb vorher bey Hofe anzufragen, zu ertheilen; ferner *Rescript vom 23. Jun. 1765.* wodurch auf beygelegtes Attest, einer Heb-Amme, und auf

auf abgelegten Eyd der Supplicantin, dass sie nicht schwanger sey, die gesuchte Dispensation, intra Annū Luctus refusirt ist, weil täglich die Unerfahrenheit der Heb-Ammen, und wie weit auf ihr Urtheil zu trauen, sich hervorthue; auch wurde es dem Judicio, welches die Supplicantin zum Eyde admittirt gehabt, verwiesen. Ferner Rescript vom 9. December 1767. nach welchem sich der Fall, da die Witwe nach des Mannes Tode entbunden wird, von selbst ausschlüsst, und kein Edict dem Concessions-Gefuch entgegen steht. Im übrigen kann die denen Witwen vorgeschriebene Eydes-Leistung *nicht bloß dahin*, dass sie nicht von *ihrem verstorbenen Manne* schwanger sind, cum effectu contra patrem gerichtet werden, indem es auf dessen Rechte hierunter ankommt, und die Beybehaltung derer disfalsigen bekannten rechtlichen Grund-Sätze von mehrer Wichtigkeit, als die Bequemlichkeit, oder allenfallsige Convenienz einer oder der andern Mannstüchtigen Witwe ist. Ob gegen eine Mutter, wenn sie im Trauer-Jahr sich bat schwängern, und sich ohne Dispensation trauen lassen, ad privationem portionis statutarie agiri werden könne? Davon sagt das Rescript de 24. Maii 1766. Nein! und müste der Litis Curator, einer solchen Mutter, bey der Erbtheilung, portionem statutariam simpliciter einräumen. Ein Witwer kann nach Ablauf eines Viertel Jahrs, oder dreyer Monathe, von dem Tage des Absterbens der Frauen gerechnet; sich, ohne Dispensation, wiederum verheyrathen. Edict de 26. Jul. 1747-mit Dispensation des Ober-Consistorii, wenn er sonst mit seinen Kindern Richtigkeit gemacht hat, nach Sechs Wochen. Rescript de 8. November 1752. Ob paritatem Rationis ist auch nach dem Circulare vom 12. Martii 1759. verordnet, dass

die geschiedene Ehe- Weiber, welchen die anderweite Verebung verstatter wird, darzu nicht eher, als nach Verflüssung Neun voller Monath schreiten sollen. Damit es jedoch auch hierunter keiner Dispensation in denen Fällen bedürfe, wo Ratio Legis offenbar cessirt, z. B. wenn die Ehe- Scheidung ex capite impotentia, malitiosa Desertionis, oder nach einer vorhergegangenen Trennung vom Tisch und Bette erfolget: So soll bey solchen ex actis sich ergebenden Umständen in der Ehe- Scheidungs- Sentenz allemahl darauf erkannt werden: Ob die geschiedene Frau sogleich, oder nach Ablauf derer neun, oder wie viel Monathe sich wiederum verhey rathen dürfe; und soll von der in sententia bestimmten Zeit keine Dispensation gesuchet, noch ertheilet werden. Hiermit kommt die *Resolut. vom 22. Junii 1759.* desgleichen das *Rescript vom 28. September 1761.* überein. Schlüsslich ist schon ad Lib. h. Tit. 2. angeführt, dass kein Prediger einen *Geschiedenen* bey Strafe proclaimiren, geschweige copuliren dürfe, falls nicht unter der Ehe- Scheidungs- Sentenz attestirt ist, dass die Sentenz *judicat sey. Circulare de 9. Jul. 1767.* So gar soll Innhalts *Verordn. an die Inspectores de 13. November 1686.* Kein Prediger jemanden, welcher sich anderwärts *verlobet*, sub pena Remotionis copuliren, es habe ihm denn der Verlobte zuvor seinen Scheide- Brief in Originali unter des Consistorii (NB. welches damals scheidete,) Siegel, und Unterschrift vorgezeiget.

LIBER

LIBER V.

TIT. I. II.

DE ACCUSAT. INQUISIT. DE-
NUNCIAT. ET CALUMN.

ad §. 1.

Retinerent.] In prima ecclesia defecit jurisdictio clericis, ergo & illis defecit cognitio de clericis. Ut autem de peccatis gravioribus scandalum efficientibus, si publice essent nota, ita & de criminibus publice notis tota ecclesia judicavit, non tamen per modum jurisdictionis, sed jure fœderis excommunicavit scandalizantes, præsertim si præmissæ essent exhortationes, nec quicquam hæ effecerint. Ut tamen tota inspeccio episcoporum in clerum in ecclesiam reliquam sensim in jurisdictionem & imperium murata est, ita idem factum est, quoad scandalata ex excessibus, & sensim crimina ecclesiastica atque penæ ecclesiastice sunt natæ, ita tamen, ut manerent reliquia axiomatis: ecclesia non sicut sanguinem.

§. 2.

Criminales.] Durores enim quædam sunt penæ ecclesiastice, tum quod homines privare credantur salute æterna, tum quod sanguinem effundere nolint, attamen cum maxima truculentia homines vivos comburendos rogo impo-

B b 3 nant,

nant, tum quod excommunicatio durissimos habeat effectus.

Nequit.] Tota res hoc redit, quod canonistæ

- 1) in clericos propter omnia crimina jurisdictionem vindicaverint consistoriis, ita tamen, ut in causis corporis afflictivam pœnam merentibus executionem uti & torturam non ipsi applicent, sed reum tradant brachio seculari.
- 2) Quod laicorum crimina secularia eatus suæ vindicent jurisdictioni, quatenus excommunicationem vel etiam pœnam ecclesiasticam merentur.
- 3) Quod jus can. de clericis & laicis pro criminis acceperit, quæ saltem peccata sunt vel vere vel putative talia, exemplo usurarum, vel quæ errores tantum intellectus sunt, adeoque ad crimina non pertinent, exemplo hæreos. Inter Protestantes cum in plerisque locis jurisdictione ecclesiastica relicta sit consistorio, cognitio etiam quædam huic competit in delictis, scilicet
- 1) de clericorum criminibus ad jurisdictionem inferiorem pertinentibus. Si enim ad jurisdictionem superiorem pertinent, cognitio pertinet ad magistratum secularem, sub quo crimen commissum,

missum, quatenus jurisdictione superiore gaudet.

- 2) Quoad crimina secularia laicorum in plerisque locis nulla jurisdictione competit consistorio, nisi quatenus alicui in quibusdam delictis sustinenda est pœnitentia ecclesiastica.
- 3) De vitiis, peccatis & erroribus intellectus dicta inter nos non obtinent, ut pote pro criminibus non habendis; nisi forsitan clericis peccaverint circa honestatem vitae, aut in doctrinis publicis rececant a formula fidei publice stabilita.

§. 3.

Denunciationem.] Jure can. recentiore & inter Protestantes in Germ. processus denunciationis & inquisitio est idem, & denunciatio saltum

- 1) aliquando denotat fundamentum aliquod inquisitionis, siquidem inter varia inquisitionis fundamenta etiam est denunciatio seu delatio.
- 2) Aliquando in foris sub processu denunciationis denotatur inquisitio summaria in criminibus levioribus, præsertim contra honoratores. Unde sunt verba Denunciant, denunciations-acta, ad vitandum opprobrium, cum vox inquisitionis saltum adhibetur; si solennis inquisitio in delictis instituatur.

B b 4

§. 4.



§. 4.

Censebatur.] Addit jus can. alias rationes a simili & exemplo. Sed his non opus est, verum clerici inter Protestantes etiam in dignitate constituti sunt; adeoque omnino ratio habenda est personarum, quatenus viles non adeo gravare possunt honoratores, nisi sufficientia adferant indicia. Plura dixi diff. de reata non omnem dignitatem excludente.

§. 9.

Inculpatum.] Factum tamen est, ut uti pœnitentia ecclesiastica, nec non excommunicatio in effectus civiles abiit, ita quoque occasione denunciationis oriretur processus inquisitorius. Atque in effectu processus denunciationis fuit prodromus processus inquisitorii, de qua re conf. THOMAS. diff. de orig. proc. inquisitorii. Quod vero ad usum forensem Germaniae, imprimis inter Evangelicos attinet, repete dicta ad §. 3.

§. 10.

ψ) Incurratus.] Ita scil., ut denunciatio vel clamorosa insinuatio, i. e. fama sit loco accusatoris. Quin ex paradyso repetitur processus inquisitorius, quod Deus dicatur primus instituisse inquisitionem contra primos homines lapsos.

ω) Efformandi.] Præterea imprimis in criminis hærefoes & magiæ inquisitorius processus in judiciis ecclesiasticis fuit adhibitus, postea vero

ad

ad omnia crimina ecclesiastica extensus, & tandem æquitatis specie ad fora translatus fuit secularia.

§. 12.

Frequentior.] Et quidem correctior quoque factus, tum per C.C.C., tum per leges provinc., tum denique per doctrinas ICTORUM cordatiorum, ut processus inquisitorius in praesentiarum adeo vituperandus non sit. Quin parum convenit processum inquisitorium plane tollere velle, cum processus accusatorius tot tricis obnoxius sit & difficultatibus, ut raro quis delinquentem sit accusaturus; ideoque securitas reipubl. valde inde periclitaretur.

Ordinatus est.] Et hoc redit, quod inquisitio sit

- 1) ordinaria, quæ obtinet in criminibus merentibus pœnam corporis afflictivam, &
- 2) summaria, quæ in levioribus locum haberet & non nisi ea requirit, quæ ad essentiam pertinent. Omnia vero inquisitionis constitutiva redeunt

A) ad subiectum, quod est

- a) judex,
- b) duo scabini,
- c) scriba juratus.

B) reus.

Bb 5

B) Ad

- B) Ad objectum materiale seu delictum,
 C) ad modum procedendi. Et hinc inquisitio distribuitur
- a) in generalem seu partem præparatoriam, in qua respiciendum
 - a) ad fundamentum legitimum inquisitionis,
 - b) ad corpus delicti,
 - c) ad indicia, & quis inde suspectus sit. Unde testes summariter examinandi de indicis.
 - B) Et in specialem seu partem principalem, in quo delicti qualitas, quomodo & an commissum sit ab eo, qui per inquisitionem generalem suspectus factus est, investigantur.** Hinc contra absentes litteræ patentes & ciratio editalis, contra præsentem vero carcer decernitur pro qualitate delicti, reus respondere tenetur ad articulos inquisitionales examinantur testes jurati ad Articulos & interrogatoria, quod tamen excepto juramento in multis locis omititur; succedit confrontatio inquisiti negantis, & postea defensio atque sententia, sive super medio eruendi veritatem, sive definitiva, ejusque executio.

EA (A)

a d

§. 13.

§. 13.

Fundamento.] Nulla enim est inquisitio, quæ suscepta sine legitimo fundamento, Hoc vero imprimis est

- 1) vel denunciatio legitimis subnixa indiciis
- 2) vel fama probabili causa munita; quamvis plura quoque dentur fundamenta.

TIT. III.

DE SIMONIA, ET NE ALIQUID
PRO SPIRITALIBUS PRO-
MITTATUR VEL EXI-
GATUR.

§. 1.

*Habet.] Vel in genere est acquisitio rei spiri-
tualis pro temporali, ita quidem, ut ad res spi-
rituales referatur, quicquid pro interesse suo ad
res spirituales retulit clerus papalis.*

§. 2.

*Comparatum.] Evidem Simon Magus in-
tendebat sibi redimere donum Spiritus S., quo
Apostoli erant instructi, ut impositione manuum
aliis possent conferre charismata seu supernatu-
ralia dona; quale crimen non amplius dabile est,
cum cessent dona supernaturalia, & per munus
ecclesiasticum non amplius supernaturalia dona
accipientur.*

Intel-

Intelligitur.] Consistens in re temporali.
Unde dicunt, dari munus vel

- 1) a manu, seu lucrum aliquod,
- 2) a lingua, quasi ideo officium ecclesiasticum
comparatum, ut conferentem laudet; vel
- 3) ab obsequio, ut pro collatione præstatio-
nem quandam in se suscipiat; quo pertinet
etiam vocatio sub conditione matrimonii,
die Vocation unter der Schürze.

§. 4.

Admittit.] Nimirum quicquid irregulare
iure rom. obtinet in crimine læse majestatis, id
quoque obtinet in simonia, hæresi, similibusque
ad crimen læse majestatis divinæ relatis.

Utuntur.] Tanquam in pœnam abusus ju-
ris patronatus. Frequenter tamen saltem pu-
niuntur patroni pœnâ pecuniaria, quia privatio-
nem juris patronatus onerosi non adeo curant
principes.

§. 6.

Nomine.] Ita ut jus can. concedat quoque
actionem ob ejusmodi sportulas, quæ dici solet
imploratio officii judicis pro observanda lauda-
bili consuetudine.

Horreat.] Certe ipse papa semper sub
auspiciis imperii sui & in ipso coronationis actu
accipit sportulas. Statim enim primâ missâ can-
tata

tata ipsi mittitur crumena auro distincta, quæ
continet 25. Juliorum summam, a senatu popu-
loque romano pro missa bene cantata.

K. P. G. C. P. R.

In Ost-Preussen finden wir beym GRUBEN
in Corpore Conf. Prut. P. I. n. 25. ein Patent von
25. September 1698. daß die Candidaten vor An-
tretung ihres Prediger-Amts das Juramentum
Simoniae dahin coram Consistorio ablegen sollen,
(sie mögen vom Consistorio, oder von einem
Privato vocirt seyn,) daß sie ihrer Beförderung
halber niemanden etwas gegeben, oder verpro-
chen haben, oder zu geben gedenken, ingleich-
chen, daß sie des vorigen Pfarrern Witwe, Toch-
ter, Anverwandtin, oder sonst einer andern Per-
son, welche ihnen occasione dieser ihrer Beför-
derung recommendirt worden, zu heyrathen
nicht Hoffnung gegeben haben.

TIT. IV. V.

NE PRÆLATI VICES &c. IT. DE
MAGISTRIS.

ad §. 2.

Doceat.] Unde non solum scholæ, sed etiam
imprimis academiæ ortæ sunt, ita ut hæ exinde
factæ sint corpora ecclesiastica, atque referan-
tur ad status ecclesiasticos, den Prälaten-Stand;
quamvis academie sensim translatæ sint ad loca
commodiora, & separata ab ecclesiis cathedra-
libus.

§. 3.

§. 3.

Adimatur.] Neque pax Osnabrugensis impedit, quominus principes id agant, ut redditus ecclesiastici ad finem destinatum convertantur, atque abusus tollantur.

TIT. VI.

DE JUDÆIS, SARACENIS &c.

ad §. I.

Erat.] Quia non licebat apud Romanos peregrinam religionem introducere; adeoque collegia judæorum judicabantur corpora illicita. Accedebat horum odium in christianos, unde imperatoribus ethnicis persuadebant pessima de christianis. Taceo interesse sacerdotum ethnorum,

Infidelem.] Siquidem & recta ratio & scriptura S. indigit, quod religio ab imperio & sic a legibus penalibus libera esse debeat, & quod coactio illicita sit ad religionem. Nihilominus tamen successu temporis contra rectam rationem & contra principia christianismi alia orta est sententia, ita ut infideles non solum cum hæreticis eodem censu habeantur, & infidelitas crimen sit creditum, æque uti hæresis, sed etiam, ut ex retorsione putativo jure seu potius vindictæ causa judæos & ethnicos christiani æque male excepérint, ut antea ab iis tractati fuerunt; Unde postea provenerunt ea, quæ habentur §. 2. seq.

§. 2.

§. 2.

Nequeat.] Nisi ex singulari privilegio. Evidem non desunt etiam nobiles landsassici, qui gaudent jure recipiendi in pagis suis iudeos.

Jurisdictione.] Sed pertinent omnes eorum causæ etiam matrimoniales ad magistratum secularium.

Novis.] Ut scil. christianos tanquam gentiles odio persequendos judicent; cui accedit singulare odium in Christum. Unde cavendum, ne quid suscipiant ejus honori adversum.

§. 3.

Judicandi.] Quoad instituta sua propria. Ceterum in delictis tenentur legibus reipubl., sub qua sunt, nisi principia harum legum ad iudeos non quadrent. Unde capitalis pœna bigamie, orta ex hypothesi de sacramento matrimoniū, immerito infligitur iudeo bigamo, qui extra ordinem esset puniendus.

§. 4.

Sumus.] Quamvis alia ratio prohibendi obstat queat, scil. quod praxis medica non sit permittenda, nisi legitime promotis.

K. P. G. C. P. R.

Ad Tit. XIV. ist bereits gesagt, dass sich die Jüden in contrahendis matrimonii quoad gradus, nach den Landes-Rechten halten sollen. Anjetzt ist nur annoch zu merken, dass nach dem

Circus-

Circulare vom 20. Julii 1774, zur Verhütung unlauterer Absichten, keine Juden eher zum Unterricht in der christlichen Religion angenommen werden sollen, bis nicht von ihren unsträflichen Wandel sichere Nachrichten eingezogen, und darüber schriftliche glaubhafte Atteste eingereicht worden.

TIT. VII.

DE HÆRETICIS.

§. 1.

Gerit.] Ex his duobus adparet, quod hæresis a clero papali & papizante statim judicetur omnis dissensus, qui esse dicitur a fide formula-ria cleri dominantis. Hic vero est, qui vult & potest alios dissentientes persecui, atque sic in eorum conscientias dominari.

Certum est.] Officiis enim hominis erga se ipsum adversum est errare in fide Christiana.

Nequit.] Quia error consistit in intellectu legibus & imperio non obnoxio, ita ut potius convictionibus & exhortationibus in veritatis viam reducendus sit errans, quam pœnis, quæ nihil efficiunt. vid. dicta Lib. I. Tit. I.

§. 2.

Debeat.] Quod requisitum ideo simulant pontificii, quo effugiant objectionem, quod intellectus pœnis cogi nequeat. Sed vide, quæ habet Autor.

§. 3.

§. 3.

Prefcripto.] Cum hoc a clero fiat, & penes hunc quoque sit judicium, quis dissensus pugnet contra articulos fidei. Hinc in hæretificatione cleris omnia efficit, ita ut saepe invito & contradicenti imputatus sit dissensus ab articulis fidei fundamentalibus.

Recusat.] Cui tamen ab Aut. responsum est in §. 2. in fine; Neque pertinax voluntas in errore inde colligenda, quod dissentiens nihil possit respondere monitis mystarum, eorumque refutationibus. Sæpe enim immoderata disputatione animum dissentientis turbant, ut non habeat, quod respondeat. Sæpe enim fallaciis sophistice disputant, ita ut ex captionibus se extricare nequeat rectissime dissentiens.

§. 5.

Conservatio.] Et conservatio dominatus absoluti, papatus episcoporum in reliquorum clericorum & laicorum conscientias & bona.

§. 6.

Sacram.] Quasi quod nihil intelligent de spiritualibus tanquam carnales, & quod facile perversa interpretatione sacræ scripturæ prolabi possint in hæresin. Sed prius falsum est, postrius vero insufficiens, quia officiis erga Deum & erga se ipsum adversum est non scrutari voluntatem

tatem Dei. Ipsa scriptura vult, ut homines scruntur in ea ipsa, præsertim cum ea, quæ ad veram felicitatem necessaria sunt, ita plana sint, ut facile in sacra scriptura intelligi queant.

Committere.] Quod nequidem Protestantes servant, sed ex alia ratione, scil. tum, quod non quævis debeant publice doceri secundum dicta ad tit. de summa trinit. tum quod cavendum, ne quid publice scribatur contra statum reipubl. Quod si ergo furtim quid editum sit, id in delictum civile incidit, ita ut scriptum fisco addicatur, & simul puniatur Autor, bibliopola, typographus.

§. 7.

In sordeſcit.] Scil. si quis ex alia causa, quam ex hæresi excommunicatus sit, nec tamen curet, ut iterum in ecclesiam recipiatur, quippe qui suspectus fit, quod inobediens sit clero seu ecclesiæ repræsentativæ, adeoque etiam contra articulos fidei fundamentales peccet & erret, ac in schismate inclinet.

§. 8.

Excommunicationis.] Propter §. præced. litt. β. γ. δ.

Augmentum.] Ita ut meritum insigne habeat, qui cruciatus affert hæreticis. Adde etiam, quod not. præc. citavimus.

§. 9.

§. 9.

Potest.] Tum quod sub prætextu hærefoes notoriae non opus esse dicant processu & defensione; tum quod irregularia, quæ jure rom. in crimine majestatis & perduellionis statuit, ad crimen hærefoes applicent.

§. 10.

Imponendi.] Ne tamen crudeles videantur, sed humanitatis speciem præ se ferant, intercedunt clerici pro condemnato apud judicem seculariem, sed revera dicas gratia, quia non potest a sententia clericorum recedere, & ob dicta §. 7. & 8.

§. 11.

Tolerandi.] Scil. ex necessitate, quamvis ex gratia tolerari queant.

§. 12.

η) Reddendi.] Et quidem falsi, quod vera injuriam continet, ita ut hæreticus injuria- rum teneatur.

Inciderint.] Singulari vitio theologis & aliis communi, semper studentibus propagationi sen- tentiarum suarum, & pronis ad persequendos dissentientes sub prætextu zeli divini.

TIT. VIII.

DE SCHISMATICIS ET ORDINA-
TIS AB EIS.

§. 1.

Dissolvebatur.] Cujus dissolutionis variæ fuerunt rationes; saepe æmulatio & invidia inter episcopos. Quin aliquando inde natum est schisma, quod dissensus fuerit in electione episcoporum, ita ut diversæ factiones diversos eligerent episcopos. Quin idem hoc contingit circa ipsos papas.

TIT. IX.

DE APOSTATIS ET REITERAN-
TIBUS BAPTISMUM.

§. 2.

Nequeat.] Respiciunt enim seditiones & tumultus, quos nonnulli tunc temporis excitarunt, qui rem publ. & ordinem in ecclesia dixerunt impium & injustum, atque abolendum sub nomine Babylonis, in qua sententia non omnes anabaptistæ harent.

§. 3.

Malis.] Interea Protestantes vero de apostatis idem dicendum est, quod dictum de tolerantia infidelium & hereticorum, & de effectibus inde dependentibus; ut itaque emigratio incumbat

bat iis, qui transeunt ad religionem non toleratam, nisi gratiosam impetrant tolerantiam.

§. 4.

Queat.] Inter Protestantes actum sine dispensatione relinquendum est conscientiae cuiusvis, si ordinem ecclesiasticum deserit, & ad statum laicalem revertitur. Et quamvis ex frivolis causis fiat, tamen inhoneste saltem agit, quia nobis deficit character indelebilis ex ordinatione impressus.

Subjiciendi.] Nec hæc apostasia inter evangelicos crimen est deficientibus votis monasticis, ut adeo liceat cuivis recedere a monasteriis. Multo minus admittendum est crimen in apostasia studiorum, quorum mutatio pendet a cuiusvis prudentia. conf. LYNCK de apostasia studiorum.

TIT. X. XI.

DE HIS, QUI FILIOS OCCIDE-
RUNT. ITEM DE INFANTI-
BUS ET LANGUIDIS
EXPOSITIS.

§. I.

Interpretatione.] Cui accessit error philosophicus ex philosophia Platonica, cui nonnulli Patres, ut Augustinus addicti fuerunt, translatus

in christianismum, quod nimur anima humana propagetur per infusionem, contingentem ex aetate dimidio gravitatis tempore. Ceterum nec abactio partus, nec infanticidium, nec expeditio infantum quoad pœnam secularem hue pertinet, sed saltem notandum, quod etiam inter evangelicos haec delicta in nonnullis locis pœnam ecclesiasticam reo injungant, si scilicet culpa sunt commissa, ut morte puniri nequeant.

TIT. XII.

DE HOMICIDIO VOLUNTARIO
ET CASUALI.

§. 1.

Horruit.] Quia multi ex Patribus ecclesiae in ea fuerunt opinione, quod pœnae capitales plane sint injustae, rei tolerandae. Verum hanc opinionem nec naturali jure nec scriptura sacra statutam esse, facile intelligitur.

§. 2.

Culposum.] Inter Protestantes maxime respiciendum est ad qualitatem facti culposi, & ipsius culpæ, an scilicet inde scandalum publicum oriatur, ut ejus exprobationem metuere quis debeat, an non. Priori casu irregulariter contrahitur, posteriori non, sed committenda sunt omnia conscientiae cuiusvis.

§. 3.

§. 3.

Careat.] Quod animus occidendi indirec-
tus inde adpareat. Sed animus indirectus ni-
hil est, quam culpa, adeoque pœna saltem ex-
traordinaria debet coerceri.

§. 4.

Credentes.] Propter dicta ad §. 1.

Immediate.] Qui enim mediate exercue-
runt, ita graviter coerceri non potuerunt, quia
sic prælati & episcopi non potuissent superiori-
tate territoriali instrui, quippe judicia crimina-
lia simul continentur. Qui vero jurisdictionem
criminalem exercuerunt, non solum irregulares
facti sunt, sed etiam coeperunt contemnui esse,
quare ab ea abhorre coeperunt digniores, &
CCC. præfat. art. 1. digniores exhortatur, ne
judiciorum criminalium administrationem ha-
beant pro opprobrio. Interim quo melius op-
probrium ejusmodi amolirentur judices, consti-
tuti sunt carnifex sententiarum capitalium exe-
quendarum causa, in quos omnis redundavit
ignominia, quam tamen sustulit conclusum imp.
de anno 1730. von Handwerks-Missbrauchen.

Deberi.] Imprimis ex erronea interpreta-
tione dicti apud Mosen: Wer Menschen Blut
vergeuſt &c., quod contra omnem rationem
de pœna capitali interpretantur, cum status na-
turalis, qui tunc fuit, pœnam propriæ dictam
non admiserit, sed istud potius de iusto Dei ju-

dicio intelligendum sit, effecturo, ne interficiens sicca morte ad inferos transeat; quod naturalem habet rationem. Partim vero hic accessit error de jure divino universalis indispensabili; quod jus tamen merito in dubium vocatur, nec deest dispensationis exemplum in sacra scriptura. Ceterum officio imperanis adversum est sine summa necessitate dispensare contra penam capitalem homicide dolosi. conf. THOMAS, diff. de jure aggratiandi principis Evangelici in causis homicidii dolosi.

TIT. XV.

DE SAGITTARIIS.

§. r.

Constantes.] Quia hæc exercitatio olim necessaria videbatur pro ratione belli antiqui. Accessit imprimis singularis horum ludorum abusus, qui saepe cruenti fuerunt, & præsertim inter ignobiles hos ludos imitantes pedites, qui tamen eos habuerunt in lucro, ita ut nundinas circumirent, ibique se pro mercede spectaculo præberent populo cruentis suis hastieridiis, adeo ut inde quoque despectui fierent nobilibus, a quibus per opprobrium dicebantur Katzen-Ritter, Klop-Fechter. Taceo, quod saepe pro mercede aliorum causas in duello fusciperent. Unde quoque levis notæ macula laborabant. Sed tandem aliud invalidit, ita ut ob res bene gestas

gestas in bellis Turcicis privilegiis imperatoris
instructi sint, & patronum acceperint St. Mar-
cum, unde dicti Marx-Brüder, ut nec ignomi-
niā nec excommunicationem incurant. conf.
THOMAS. diss. de Noricorum causis adimendi
legitimam.

§. 2.

*Perpetratur.] Atque ipsi reipubl. indoli
adversum est; nam cum ipsa reipubl. interna
tranquillitate id consistere nequit, adeoque per-
peram nonnulli putant, quod duella fiat impu-
nia, ubi deest lex prohibitiva. Quamvis vero
nulla pena specialis ibi constituta, est tamen pu-
niendum, nunc tanquam simplex homicidium,
nunc tanquam vis publica.*

*Decertarent.] Duella Germani imprimis
exercuerunt*

- 1) judicialia, & quidem vel
 - α) ad punctum juris decidendum, vel
 - β) ad probandum factum dubium, vel
 - γ) loco appellationis.

2) extrajudicialia, tum vindictæ causa tum vel
contra opprobrium sibi objectum exer-
cuerunt.

§. 3.

*Determinando.] Ita ut machinas bellicas
pulvere nitroso eaustas ac inde explodendas pro-
hiberent, quas tamen postea ipsi pontifices usur-
parunt,*

Ce 5 parunt,

parunt, & parum interest, quo instrumento homines pereant & occidantur.

TIT. XVI.

DE ADULTERIIS ET STUPRO.

§. 1.

φ) *Vindicant.*] Et dici solebant hæc crimina Fornications - Fälle.

φ) *Exigentes.*] Eodem modo, uti in aliis peccatis. Pro penitentia ecclesiastica concessæ fuerunt indulgentiæ pretio redemptæ.

φ) *Pecuniarijs.*] Quæ pœna dici solet der Huhren - Bruch.

§. 2.

Criminalia.] Etiam inter Protestantes, quia etiam inter hos id merito servatur, quod uterque coniux in benedictione sacerdotali mutuam fidelitatem publice promittere debeat.

§. 3.

Fornicatores.] Tum ob reprehensionem singularem, quæ in sacris litteris est, tum ob odium, quod Patres in fornicatores habuerunt.

δ) *Possent.*] Inter protestantes tamen in aliam pœnam extraordinariam mutanda est pœna cœlibatus, si adulter vel adultera in cœlibatu vivere nequit.

§. 4.

§. 4.

Distinguat.] Quamvis enim iure rom. distincta fuerint 1) concubinatus, 2) stuprum, 3) scortatio: jus can. tamen hæc omnia censuit damnatos coitus, & sub voce fornicationis complectitur, ut hac voce usum sit synonimice cum illâ fornicationis.

u) Malit.] Attamen hoc non adeo absurdum est, siquidem regulariter nec sponsus absolute cogitur ad ducendam sponsam ob difficultiores exitus, quod quoque dicendum de stupro.

TIT. XVIII.

DE FURTIS.

§. 1.

Extenso.] Ut ius can. in multis aliis peccata, quæ ex eodem cum furto fonte vitioso prominant, statim pro derelicto habet, quod tamen inter Protestantes non fit.

Non possit.] Unde adparet, quod iterum furtum manifestum alio sensu sumatur, quam iure civili. Ceterum furtum occultum præter effectus &c seq. proponendos eatenus etiam inter Protestantes attenditur, quatenus quædam indicia contra furem in medium proferuntur ad instituendam inquisitionem.

§. 2.



§. 2.

Excommunicatio.] Quia enim ex hypothesi pontificiorum excommunicatio spirituales habet effectus, ita ut excludat a vita aeterna auctor furti & socii generaliter excommunicantur, quod conscientiae rigore ducti furtum refutuant.

§. 3.

Infamia.] Et quamvis in Germ. infamia non semper adspergatur, opprobrium tamen inde nascitur, ut adeo parum consultum sit, cum scandalum efficiat.

TIT. XIX.

DE USURIS.

§. 1.

Queant.] Postquam enim ecclesiæ & monasteriæ bonis abundarunt, non amplius commodum fuit eis dogma antiqui juris can., verum ipsæ ecclesiæ pecunias sub usuris collocare intenderunt. Quo itaque eluderent dogmata Patrum & juris can., sub aliis nominibus percepérunt usuras. vid. §. 4. 5.

§. 2.

Sint.] Quamvis pro lubitū juris Mosaicī nec universalis sit, sed saltem concernat iudæos ex singulari ratione, nimirum ne iudæi contra iudæos inhumani sint, quippe quibus tota Palaestina

Iæstina erat tributa, & inter quos commercia non adeo florebant, quemadmodum etiam singulari modo officia beneficentiae inter judæos a Deo constituta sunt in anno remissionis; præceptum autem Servatoris pariter pertinet ad christianismum, & hoc casu nec ad solas usuras, nec ad ipsam sortem pertinet. Ut autem ratio juris Mosaici ad alias respublicas non aequa per-
tinet, ita nec ex præceptis christianismi possunt fieri leges universales.

§. 4.

Tegantur.] Etenim revera fundamentum usurarum naturali jure idem est cum interesse. Scil. solvendæ sunt usuræ in compensationem damni emergentis vel lucri cessantis exinde, quod propterea ipse mea pecunia usus non sim. Unde etiam inter Protestantes usuræ non dicuntur Wucher, sed Interessen. Attamen in eo differunt usuræ ab eo, quod interest, quod hoc sit 1) indeterminatum, & 2) probandum sit in quali & quanto, cum ex adverso usuræ sint interesse determinatum, inde defundum, quod presumtive seu pro indeole regionis & reipubl. quivis pater fam. facile tantum lucrum ex usu pecuniae sue percipere posset.

§. 5.

ω) Approbatæ.] Siquidem imprimis post reformationem inter catholicos quoque applicari vix possit jus can., cum usuris non permisis-

vix

414 LIB. V. TIT. XX. DE CRIMINE FALSI.

vix quicquam commercii esse possit pontificis
cum protestantibus.

*Solet.] Imo subintelligendum esse putant,
siquidem alias venditor, si emtor retrovenditionem negaret, posset denunciare clero, quod emtor usuras acceperit.*

K. P. G. C. P. R.

Kirchen-Capitalien sollen ohne Consens des
Consistorii, wenn über 50. Rthlr. und Inspecto-
ris, wenn unter 50. Rthlr. nicht ausgethan wer-
den. *Circulare vom 10. Febr. 1693.* und *Verord-
nung vom 7. Maj. 1707.* siehe auch bey Lib. III.
Tit. 39.

TIT. XX.

DE CRIMINE FALSI.

§. 2.

*§) Decepit.] Unde admodum dolent Ponti-
ficis, quod Protestantes non habeant fidem mi-
rabilis fisci*titiis* Pontificiorum, quia hi hoc modo
destituuntur optimo medio quidvis persuadendi
Protestantibus de autoritate doctorum ecclesiae
fusæ.*

*Annoctunt.] Ejusmodi falsarius secundum
cap. 3. tradendus est judici seculari, ut ab eo
character infligatur reo, ita tamen, ut non ira
profunde imprimatur, ut sanguis inde fluat, quia
ecclesia horret sanguinem.*

TIT.

TIT. XXI.

DE SORTILEGIIS.

§. 2.

Venient.] Sub hoc intelligitur scientia effi-
ciendi res, quarum causæ occultæ sunt, & est
vel

- 1) naturalis, quæ est vel
 - α) naturalis in specie, quæ sit per media
physica, &
 - β) artificialis, quæ sit artificio, e. g. ce-
leri & artificioso actu membrorum.
Utraque licita est, si nemini noceatur.
Vel
- 2) est præternaturalis, quæ est vel
 - α) superstitionis, quæ quidem licita non
est, neque rāmen crimen constituit,
sed superstitionem, nisi aliis noceatur,
vel
 - β) diabolica, quæ consistit in pacto cum
diabolo corporaliter comparente inito,
& in commixtione cum eo. Hæc non
datur, quia
 - 1) diabolus non potest corpus assu-
mere,
 - 2) Christus dixit, spiritum non habere
carnem, & ossa.

3) Ne.

- 3) Neque diabolus potest turbare naturam,
- 4) dicitur a dissentientibus valde trepidus,
- 5) nullus effectus esset pauci cum diabolo, nec a parte hominis, nec a parte diaboli, quia hujus remediis finem affectuum consequi non possunt.

Fabula orta est ex philosophia gentilium, qui commercium deorum cum hominibus docebant, maxime Platonica & Stoica. Inde etiam judæorum & pharisæorum maxime est fabula de archidiabolo Smuel & ejus matre Lilis, & de concubitu angelorum Asæ & Asaël. Patres quoque plures fabulas tanquam pias fraudes in visitis Sanctorum recensent, uti & comparitionem diaboli in christianismum intulerunt. Processerunt haec fabulae autoritate cleri, maxime per inquisidores hæreticæ pravitatis, quo hierarchie periculosos sub inculpatione magiae tollerent e medie, & hoc modo quodvis subtraherent foro seculari, ac suæ inquisitioni vindicarent, siquidem Papa Innocentius VIII, seculo XV. inquisitoribus dedit potestatem inquirendi de magia tanquam hæresi indubitata, quæ superstitione aucta est per responsa magistrorum, imprimis Coloniensium. Inter Protestantes diu retentum inter theologos & Jureconsultos ex autoritate imprimis CARPOVII, sed tandem explosum est hoc

hoc crimen potissimum a THOMASIO in pro-
cessu contra sagas, & Autore cautionum crimi-
narium. (Pater Speh.) Adde LIMBROGIVM
in Hist. inquisitionis.

TIT. XXII.

DE COLLUSIONE DETE-
GENDA.

Incidunt.] Et contra reum nihilominus locus
est inquisitioni.

Solvatur.] §. 12. obs. eis si in eis

Quia hoc modo revera tegitur
nundinatio beneficiorum & officiorum sacrorum,
& præterea beneficia servitutibus obnoxia red-
duntur. Hinc merito ejusmodi collusio pu-
nienda est.

TIT. XXIII.

DE DELICTIS PUEGORUM.

§. 2.

Possunt.] Regulariter autem extraordinaria
pena puniendi sunt, nec ultra ergastulum pro-
cedendum, si infantiae proximi sunt. Porius tra-
duntur parentum vel præceptorum disciplina.

Dd

TIT.

TIT. XXVI.

DE MALEDICIS.

§. I.

Prohibita.] Quia alia vita alios mores postulat, & multa dedecent clericos aliis non indecora, qualia indecora pœnis aliquando coercenda sunt.

Castiganda.] Quia enim clerici singulariter debent esse instructi virtutibus, gravius quoque peccant, quam alii, si delinquent. Sed hoc imprimis pertinet inter protestantes ad debita, quæ non merentur pœnam corporis afflictivam. Secus est in aliis, adeo ut etiam nonnunquam in pœnis quoque capitalibus propter honorem ministerii soleat aliquid remitti, non in pœna capitali ipsa, attamen in modo exequendi, e. g. rotæ impositio post decollationem.

§. 3.

Venerationem.] Non vero clamorosam, vulgo die Hertz-Jagt, par force-Jagt, utope quæ cum modestia clericorum non convenit.

§. 4.

Causa.] Quia prælati in monachos disciplinam exercent, quibus monachi cœcam obedientiam præstare debent, & exercere exercitionem corporis dictatam a prælato.

ε) Ab-

2) Abstinent.] Inter Protestantes inter ministros ecclesiae ob injurias verbales & reales aliquando, præcipue si leniora media vel correptiones judiciales, ein Verweis von dem Consistorio, vel mulctæ frustra adhibitæ sunt, suspensiō dictari solet ab officio ad duos vel tres menses, & unā carere debet redditibus, vel, ut dicunt, er wird suspendiret cum effectu.

§. 5.

Extensa.] Et inter Protestantes retinetur pœna capitalis in eos, qui destinato consilio locum contrebantur. Qui vero B. Mariam Virginem vel sanctos contumeliis afficiunt, carcere vel ergastulo ad tempus vel mulcta puniuntur. Imo aliquando opus est, ut quæstio præjudicialis decidatur, an fuerit is sanctus, & an extiterit unquam, in quem injurioso quis locutus est.

TIT. XXVII. — XXX.

DE EO, QUI FURTIVE ORDINES SUSCEPIT.

§. 1.

Valide.] Ob characterem indelebilem impressum, nec antea amissum, nisi intercesserit degradatio. Sed hac ratione inter Protestantes cessante cessat quoque conclusio.

Dd 2

§. 2.

§. 2.

Puniunt.] Adeoque pœna criminalis falsi.

§. 3.

Potest.] Et inter Protestantes hoc non potest obvenire.

TIT. XXXI.

DE EXCESSIBUS PRÆLATORUM &c.

§. 2.

Stricte dictis.] Unde illos etiam dicimus Be-günstigungen, hæc Verbrechen. De illis cognitio summaria instituitur, de his inquisitio fo-lennis institui debet.

Decorum.] Siquidem talia vitia decori nec alios lædunt, nec rempublicam turbant. Unde potius turbæ orirentur in republica, si omnia vitia punirentur, siquidem nec magistratus, nec pœnæ sufficerent coercendis vitiis, nec tamen inde homines redduntur virtuosi. Vitia ejus-modi probis potius exemplis & exhortatione sunt removenda, nisi turbis occasionem dent.

§. 3.

Objurgentur.] Vulgo eine Weisung vor Gerichte, interdum mulcta diætatur.

Deponantur.] Aliquando potius translocantur ad beneficium vilius.

TIT.

TIT. XXXIII.

DE PRIVILEGIIS ET EXCES-
SIBUS PRIVILEGIA-
TORUM.

§. 1.

Metuendi.] Evidem id ipsum est scandalum;
contra nunciationem judiciale aliquid attentare,
cum hoc sit attentatum & spolium.

§. 2.

Concedendis.] Ita ut exinde maxime tur-
bara sit episcoporum jurisdictio. Etiam in ge-
nere exemptionis difficultem reddunt justitiae ad-
ministrationem, cum difficile sit in loco diffito
coram summo imperante litigare.

§. 3.

Afferatur.] Alias enim privilegium aut non
est præsumendum, quod concessum sit ab im-
perante, aut sub- & obrepticie imperatum est
dicendum; siquidem imperans non præsumitur
velle esse injustus in præjudicium aliorum.

§. 4.

Habent.] Ut aliquid concedant contra jus
ordinarium, alias enim non essent privilegia.

TIT. XXXIV.

DE PURGATIONE CANONICA.

§. 4.

Omissis.] Attamen quod prudentius est omnino, non raro in sententia pronunciamus, ut reus in termino praestandi purgatorij serio moneri debeat de perjurio vitando per ministrum ecclesiae unum vel duos, quibus antea communicanda sunt acta, ut indicia inde possint discere, & exinde eo melius monere juraturum.

Absolvere.] Imprimis in criminibus gravioribus, quae gravem merentur pœnam. Si tamen indicia sint levia, in ejusmodi criminibus magna perjurii suspicio est. Attamen his in casibus non absolute absolvimus reum, sed saltem pro nunc, ita ut pro modo indiciorum, quae forsan torturam efficere possunt, inquisitio continuari queat, cum alias, si purgatorium impositum & praestitum sit, pristina indicia computari nequeant novis. Unde ita pronunciamus, dass in Ermangelung erheblicher Anzeichen vor itzo wider Inculpaten weiter nichts vorzunehmen, sondern es ist derselbe nach Erstattung der Unkosten der Verhaft zu entlassen. Jedoch sind die Acta verwahrlich beyzulegen, bis sich etwa mehrere Indicia finden. In delictis levioribus pœnam pecuniariam merentibus pronunciavimus aliquando ita: dass Inculpat vermittelst Eydes sich zu reinigen und also zu schwö-

schwören schuldig, dass &c. es sey denn, dass er — Rthlr. in fiscum freywillig erlegen wolte, so wäre er von der angestelten Inquisition zu entbinden.

TIT. XXXV.

DE PURGATIONE VULGARI

§. I.

Propagati.] Ex variis rationibus, præsertim pro stabilienda autoritate exorcismorum, absolutionis datæ a confessionariis, miraculorum falorum, & ut occasionem haberent clerici pro interesse suo aut nocentes liberandi a crimine, aut innocentes, sed hierarchiaæ suspectos falsi criminis insimulatos convincendi & e medio tollendi. Accesserunt pravaæ applicationes sacræ scripturæ tum de sorte aliquando adhibitâ, tum de aqua amara in causis adulterii adhibitâ.

Vulgares.] Quod nomen etiam inde habent, quod inter laicos vulgo adhiberentur, cum e contrario inter clericos adhibita sit purgatio canonica seu juramentum purgatorium.

TIT. XXXVI.

DE INJURIIS ET DAMNO
DATO.

§. I.

Indistincte.] i. e. quamvis nihil lucri ex delicto defuncti in hereditate sit, adeoque heres ex delicto defuncti locupletior non sit.

Dd 4

§. 3.

Compensantur.] Nisi fiscalis ex officio accusaverit ex probabili causa. Tunc enim reus absolvitur in causa principali, condemnatus vero ad expensas fisci restituendas ex eadem ratione,

Quatenus Aut̄ adserit de inquisitorio iudicio.

Induxerit.] Dum suspectam egit vitam.

Dehucrit.] Nam iudex & fiscalis ex officio tenentur ad inquirendum vel agendum, si justae suspicionis rationes ad sint, neque prævideri potest, quomodo suspectus indicia elidere possit.

TIT. XXXVII.

DE POENIS.

§. 1.

Genuinus.] Evidem prima ecclesia fuit societas æqualis, & exinde destituta jure puniendi; adeoque nulla pena proprie dicta obtinere potuit, sed excommunicatio & remotio ab officio ecclesiastico fluxit ex confederata disciplina, ita ut vi paceti statueretur. Sensim tamen ecclesia veras statuit penas, partim quod ex pœnitentia ecclesiastica fingeret penam, partim quod sub censura ecclesiastica penas statuerent clerici, partim quod sensim clerus jurisdictionem & imperium affectaverit, adeoque quoque penas in republ. stabilirent.

§. 2.

§. 2.

Ecclesiasticas.] Pœnæ ecclesiastice dicuntur

- 1) quæ in foro ecclesiastico dictari debent, vel
- 2) quæ tantum clericis dictandæ,
- 3) respectu causæ, &
- 4) effectus, quod nempe producant effectus naturales & spirituales, i. e. qui in sensu incurruunt, sed a causa divina tamen producti, e. g. morbus, vel qui non in sensu incurruunt, e. g. induratio. Unde dissentunt circa species pœnarum ecclesiasticarum, easque ratione effectus dividunt in spirituales & temporales.

§. 3.

Queunt.] Partim quia quedam ad Protstantes non quadrant, partim quia quedam habent effectus temporales, & veræ sunt pœnæ politicae, adeoque pertinent ad jurisdictionem altam, die Ober-Gerichte, den Blut-Bann, qua specie jurisdictionis consistoria destituuntur, instituta ad modum consistoriorum pontificiorum, ut itaque pœnas, quibus sanguis effunditur, infligere nequeant.

§. 4.

Patroni.] Nam quamvis patronus habeat jus nominandi & vocandi ministrum, non tamen statim habet jus deponendi, utpote quod supponit crimen singulare a ministro ecclesiæ commissum, in quem patrono non competit jurisdictione, adeoque non habet jurisdictionem

Dd 5

de

de remotione ministri, nisi forsitan jus consistorii seu jurisdictionem ecclesiasticam habeat, vel si minister ecclesiae commiserit crimen ad jurisdictionem altam, quæ patroni est, pertinens.

§. 7.

Fiat.] In honorem ordinis; ut idem fieri solet inter Protestantes in ministris secularibus in dignitate constitutis, ita scil., ut ab initio saltem per sententiam honoribus suis priventur, & tandem capitalis sententia iis dicetur, quamvis id eadem fiat sententia, neque solennis ex auctorato intercedat. Duxi hac de re in diss. de reatu non omnem dignitatem excludente.

§. 8.

Beneficii perceptionem.] Quod vulgo dicitur suspensionem cum effectu.

Jussus est.] Nam responsio ad Articulos habetur pro initio inquisitionis specialis formaliter summae, cuius inquisitionis partis concomitans ordinarius est suspensio ab officio.

K. P. G. C. P. R.

Siehe bey Lib. III. Tit. I. Welcher gestalt die Lehrer und Prediger zu verfahren haben, wenn sie jemand irriger Lebre, oder der Heuchelrey verdächtig halten, siehe Edict vom 23. September 1737. Die Contravenienten sollen zum ersten Mahle mit ein hundert Thaler ad pios usus, und zum zweyten Mahle mit gänzlicher Remotion ab Officio unnachlässig gestraft werden; woffern aber der solcher gestalt Beleidigte sein

Vor-

Vorgesetzter wäre, so soll er sofort vor der ersten Contravention seines Amts entsetzt werden. Anbelangenid die Kirchen - Busse, davon ist zu merken Reglement vom 30. Mart. 1716. wie es mit der öffentlichen Kirchen - Busse und Wiederannehmung dererjenigen gehalten werden solle; ferner vom 19. December ej. a. dass die Kirchen-Busse vor das Consistorium gehörig, und nur in Fällen, wo ein Scandalum, nöthig; Ferner siehe die Declaration vom 4. December 1717. und Verordnung vom 2. Mart. ej. a., dass die Delinquenten, welche des Landes verwiesen werden, zur Kirchen - Busse nicht anzuhalten; Ferner Rescript vom 2. Febr. 1718. dass, wenn Verlobte in Sünden gefallen oder Gefallene sich verehligten wollen, keine Kirchen - Busse Statt finde. Ferner Edict vom 15. Janii 1739. dass kein Prediger bey Vermeidung scharfer Ahndung von den öffentlichen Kirchen - Busse thuenden Personen etwas fordern noch das geringste an Gelde nehmen solle, und in Ost - Preussen Verordn. vom 15. April 1716. 4. December 1717. und 17. Mart. 1717. (bey dem GRUBEN in Corpore Constitut. Pruten. P. I. n. 42. 45.) Von den Strafen, so im Consistorio gefallen, redet die Consistorial - Ordnung von 1573. (beym MELLO pag. 339.) Endlich ist auch zu merken, dass Innhalts Circular. vom 22. September 1762. in den Fällen, wo wider die Prediger Translocation, oder Cassation erkannt worden, das ergangene Urtheil von der wirklichen Publication jedes mahl zuförderst an das Justitz - Departement (geistlicher Sachen,) zur Confirmation, eingeschickt werden solle, (und zwar, nach Circular vom 12. Januarie 1771. durch das Ober - Consistorium.) Wegen der Land - Schul - Meister ist bey Lib. I. Tit. 17. gedacht worden.

TIT.

TIT. XXXVIII.

DE POENITENTIIS ET REMIS-
SIONIBUS.

§. I.

Proscium.] Etenim pœnitentia alia est respectu Dei, quo pertinet int̄erna pœnitentia. Alia est, quæ respectu ecclesiæ p̄fstanta fuit, eaque imprimis huc pertinet, quamvis mox utraque species invicem fuerit commixta. Pœnitentia vero externa, quæ hujus loci est, illam habet originem, quod, si quis lapsus esset in hæresin vel grave scandalum publicum, vel excommunicatus esset, vel se ipsum constituisset in statum excommunicatorum, imprimis abstinen- do ab oblationibus & inde ab evcharistia, atque postea cuperet, ut iterum recuperetur in fra-ternitatem ecclesiasticam ecclesiæ, probare de- beat, quod mentem revera mutaverit, & vi-tam christiano dignam in posterum gerere ve-lit, quodque eum pœnitiat, quod disciplinam confœderatam ecclesiæ fregerit. Hunc in finem ecclesia præscribebat actus pœnitentiae externos, ut inde de vera pœnitentia constaret; quamvis revera multa ablōna his actibus sensim admixta sint, ut vix quisquam salvo honore & sine pro-stitutione illam pœnitentiam externam subire posset. Confistebat enim pœnitentia in hisce actibus:

1) in

- 1) in fletu, ut scil. pœnitens per tempus sibi definitum ad fores templi seu ædis sacræ compareret, indutus sacco, cinere quoad caput conspersus, & sic squalidus ad terram prostratus lacrymis & flexis genibus manus & pedes exequitum exosculari, eosque, imprimis episcopos & sacerdotes exorare debebat, quod ipsi condonent, quod peccaverit, & imprimis ut presbyteri apud episcopum, & hi omnes apud fratres pro eo intercederent, ut veniam ipsi darent.
 - 2) Sequebatur auditio, ut scil. ab soluto tempore fletus extra ecclesiam stans concionem audire posset usque ad lectionem evangelii.
 - 3) Successit substratio, i. e. ut pœnitens extra ecclesiam post suggestum submisse & humiliter staret, & cum catechumenis abiret.
 - 4) Sequebatur subsistens, ut cum fidelibus stare posset, necdum tamen percipere posset sacramentum. Tandem omnibus his actibus per tempus sibi constitutum ab ecclesia consummatis, solenni die siebat
 - 5) exomologosis seu confessio, ita scilicet, ut ecclesiæ etiam confiteretur publice, quicquid peccaverit contra ecclesiam & feriam pœnitentiam, unâ cum promissione de fervidis ecclesiæ institutis, atque fidei confessionem noviter profiteretur, & veniam peterer ab ecclesia ei dandam. Quo facto
- 6) tan-

6) tandem absolvebatur ab actibus pœnitentiae, & recipiebatur in plenam fraternitatem ecclesiasticam, & cum his omnibus commixta est pœnitentia interna Deo præstanta, adeo ut actus hosce omnes Dei respectu fieri, atque pœnam & satisfactiōnem per ejusmodi actus Deo, imo & confessionem fieri Deo, atque absolutionem Dei loco conferri finixerint. Unde postea reliqua incongrua in papatu nata sunt circa pœnitentiam, quæ Dn. Autor sub censum vocavit.

K. P. G. C. P. R.

Obwohl die *Friib.-Beichte* des Sonntages per *Rescriptum de 2. Febr. 1705.* und in *Ost.-Preussen vom 9. Maii 1701.* abgeschafft worden, dennoch ist selbige nach dem *Rescript vom 19. September 1743.* wiederum verstattet. Innhalts *Resolut. vom 16. November 1698.* ist auch *kein Lutherauer zur Beichte zu zwingen*, sondern es soll freystehen, ob er beichten wolle, oder nicht? Jedoch muss letztern Falls man sich die Woche vor dem Sonnstage, da man das Nachtmahl zu nehmen geflossen, bey dem Prediger anmelden; Und nach der *Verordnung vom 18. October 1660.* sollen Kinder, Mägde, Handwerks-Gesellen, und Jungen &c. ohne Unterscheid, wenn sie in einer Gemeinde zum ersten Mahle zum Beicht-Stuhl kommen, sie mögen einheimische oder fremde seyn, sich vorher bey den Beicht-Vätern angeben, und sich examiniren lassen, welcher Nahmen dann auch zu verzeichnet, und muss ein jeder mit seinem Hauss-Gefinde und Kindern, die-

dieser nöthigen Aufficht halber, bey derjenigen Kirche bleiben, dahin sie gewidmet, auch von keinem Prediger aus einem andern Kirch - Spiele, ohne Special - Verordnung engenommen werden. Die Beicht - Pfennige sollen zu Berlin unter die Prediger bey einer Kirche getheilet werden, Verordnung vom 18. November 1661.

TIT. XXXIX.

DE SENTENTIA EXCOMMUNI-
CATIONIS.

§. I.

Ejiciendus.] Nam primita ecclesia tanquam collegium nullum in se habuit imperium, adeoque excommunicatio non potuit esse pena, sed nihil fuit, quam exclusio a collegio ex pauci indole ideo facta, quod collegio non praestiterit praestanda ex pacto confederata disciplinae, quo in ecclesiam erat receptus. Adeoque & re & nomine excommunicatio nihil fuit, quam negatio communionis fratrum, & sic de hac exclusione totus ceterus fidelium seu tota ecclesia judicare debebat; quamvis semper hac in re per autoritatem suam effecerint pluriimum episcopi & presbyteri, uti & in receptione penitentium. Adeoque sensim mutata est ista excommunicatio in penae indolem; immo uti de penitentia dictum, ita & de excommunicatione dictum est, quod hominem a Deo disjungat, & aeternae salutis dispensandum efficiat, ita ut iuris spiritualis nomine veniat;

veniat; qua in re multum efficit perversa sacræ scripture interpretatio, imprimis de clavibus ligantibus & dissolventibus, item de extraordinariis apostolorum actionibus, nec non judæorum institutionum translatio ad christianismum; siquidem judæi habuerant excommunicationem, eamque demum instituerunt tempore captivitatis Babylonicae, vel, ut alii volunt, tempore Maccabœorum, eamque habuerunt duplicem, 1) minorem, quam dicebant Viddui, & 2) majorem, quæ dicebatur Cherem. Utraque tamen fuit pœna civilis, & civili consorrio privavit reum, nec a clero tantum pronunciabatur. Inter christianos ista excommunicatione usitata non fuit, quia pœnas civiles ecclesia statuere non potuit. Tandem quoque distinxerunt inter excommunicationem majorem, qua quis ex tota ecclesia excluditur, negata ipso absolutione in confessione peccatorum, quæ demum invaluit tempore Innocentii III. cum confessione auriculari, dum scil. constitueretur, ut nemo ad sacram cœnam admitteretur, nisi confessus sacerdoti suo seu parocho proprio, & ab eo absolutus. conf. hanc in rem TITIUM de jure privato. THOMASII Bedenken, ob ein Beicht-Vater eines Fürsten diesen vom Abendmahl ausschliessen könne. BÖHM. diff. de excommunicationis ecclesiasticæ effectibus civilibus.

APPEN-

APPENDIX

ad TIT. XIV. LIB. IV.

DE

CONSANGUINITATE ET AFFILITATE.

Matrimonium inter quasdam personas prohibetur propter incestum. Incestus vero est concubitus personarum se invicem attingentium cognationis gradu legibus prohibito. Cognatio est vel

I. Naturalis, quæ ex vinculo naturali oritur, caue est vel

A. Consanguinitas, quæ est relatio personarum duarum inter se, quæ descendunt per generationem ab uno communis stipite non adeo remoto. Hinc notandum:

- a) quod consanguinitas ad sit, sive communis stipes sit pater sive mater, adeoque
- b) sive personæ descendant a communis stipite respectu lineæ paternæ sive maternæ,
- c) sive generatio sit legitima sive illegitima, &
- d) quia omnes homines ultimo ab uno communi stipite descendunt, & vocabu-

LE LUM:

lum: stipes non adeo remotus, sit terminus relativus simulque incertus, qui demum legis dispositione determinandus est; hinc relationem haber ad legis determinationem & respicit stipitem communem a personis, de quarum matrimonio quæstio est, distantem ad gradum in prohibitione matrimoniali legi determinatum. Adeoque

- e) ipsa legis determinatio consideranda est.
Quod ut fiat nosse debemus
- ee) Computationem. In hac occurunt
 - 1) Personæ, quæ designantur signis universalibus, & quidem reguliter signum o denotat masculum pariter ac feminam. Ubi vero res exigit, arbitrarium signum feminæ sit hoc o; ubi notandum, quod in schematis consignatione personæ extremæ schematis semper sint illæ, de quarum matrimonio quæstio est.
 - 2) Quia consanguinitas plures requirit personas descendentes per generationem, inde gradus quoque notandi sunt. Est vero gradus distantia duarum personarum, quarum una ab altera per generationem descendit. Generationis signum est I inde gradus signum est: II. Porro

3) ee

3) ex serie plurium graduum oritur

linea, cuius schema est: ☽ &c. Et
quidem series plurium graduum
ita existit, ut vel

*) una persona invicem ab altera
descendar in eadem serie a
communi stipite & inde est li-
nea recta adscendentium &
descendentium, vel sunt

**) diversæ series graduum, quæ
tamen ab uno communi stipite
per generationem descendunt
& dicuntur linea collateralis seu
obliqua, quæ ita comparata
est, ut vel

1) utraque linea seu series æque
longa sit i. e. personæ extre-
mæ utriusque lineæ æque re-
motæ sint a communi stipite
& dicuntur linea collateralis
æqualis, cuius schema est: ☽

2) vel personæ extremæ utrius-
que lineæ non æque remo-
tæ sunt a communi stipite
& dicitur linea collateralis
seu obliqua inæqualis, cuius
schema est: ☽

4) Porro consideranda est determi-
natio propinquitatis graduum, cu-

E 2 jus

ius respectu iterum consideranda est

i) Linea recta, & observanda est regula: quot sunt generatio-nes, tot sunt gradus, e. g. pro-a-vus & proneptis distant tertio gradu, quia tribus genera-tionibus invicem distant.

**) Linea collateralis, in qua praeter computationem

i) Civilem nixam regula: quot sunt generationes, tot sunt gradus, e. g. Titius & Caja cognati sunt in quinto gradu: aut nixam regula: quot sunt personæ demto sti-pite communi, tot sunt gra-dus, e. g. Titius & Caja cognati sunt in quinto gradu.

2) Canonica, quæ initur re-gula: quo gradu persona-rum extremarum remotior distat a stipite communi, eodem gradu distant personæ extremæ inter se. Unde tan-tum unum latus numeratur ex generationum numero, quæ intercesserunt personam remo-

remotio rem & stipitem com-
munem, e.g.  T & C

sunt cognati in tertio gradu
lineæ collateralis inæqualis,
quia T tanquam remotior
distat tribus generationibus
adeoque tertio gradu a stipite
communi. Quodsi itaque
utraque persona extrema
æque remota sit a stipite
communi, sequitur, ut in
linea collaterali æquali tot
gradibus invicem distent,
quot distant a stipite com-
muni, e.g.  T & C

cognati sunt in tertio gradu
lineæ collateralis æqualis, quia
uterque æque remotus est a
stipite communi & quidem
tribus generationibus & sic
tertio gradu a stipite com-
muni. Ceterum hæc com-
putatio Sec. VIII. invalevit
Sec. XI. a Petro Damiani pro-
pugnata & a Papa Alexan-
dro III. in usum deducta est
afque adhuc observatur. De-
inde etiam nosse debemus

Ee 3 β) Pro-

β) Prohibitionem. In hac considerare debemus

- 1) Jus naturale, ut sciamus, in quibus casibus nulla dispensatio admittenda sit; nam jus naturale universaliter obligat & sic contra ejus prohibitionem non concedenda est dispensatio. Deinde
- 2) attendamus ad Jus Mosaicum, ut pote cuius prohibitiones nos quoque stringere quidam putant, tum quia LL. Mosaicæ morales sunt universales Christianos quoque obstringentes; tum quia Christiani a Judæis descendentes illis obligarentur legibus nullibi abrogatis. Attamen quia Jus divinum positivum universale, quod naturalis juris ratione fultum non sit, nondum probatum est; inde LL. Mosaicæ naturalis juris ratione non fultaæ particulares sunt Judæos solos obligantes. Et id quoque de legibus matrimonialibus Mosaicis dicendum, quod vel ex solo Leviratu appareret, atque res publ. Judaica diu desit, ergo quoque leges positivæ ipsius non obligant, nisi a populo quodam receptae sint. Fallit igitur argumenta-

mentatio inde desumpta, quod apud nos istæ leges non sint abrogatae. Deinde falsum est, quod omnes Christiani a Judæis descendant; & licet religio judaica præambula fuerit religioni christianæ, inde tamen respuplicæ & populi, a quibus religio Christiana recepta est, non descendunt ex republ. judaica, nec legibus positivis illius stringuntur. Porro

- 3) de jure Rom. dicendum, quia illud tractamus, adeoque intelligendum est, licet in foris ecclesiasticis id non attendatur, quia
- 4) semper Juris Canonici auctoritas prævaluit ex præjudicio, quod causæ matrimoniales sint spirituales, & ad Jus ecclesiast. pertineant. Hoc jus vero ultra naturale, mosaicum & Romanum jus prohibuit matrimonia, ut sepimentum legis mosaicæ constituant, quo homines arceantur ab hujus violatione, cuius sepimenti ambitum Jus Canonicum partim determinavit ex ratione, quæ prohibitioni mosaicæ adjicitur de proxima consanguinea (denn es ist deine nächste Blutsfreundin) par-

E e 4 tim

im ex doctrina Juris Rom. de cognitione in impetranda bonorum possessione, quae ad septimum gradum, e. g. restricta erat, ita tamen ut antiqui patres septimum gradum computationis civilis, Alexander II. autem computationis canonica intellexerit; Innocentius III. denique rem ad antiquum ius fere reduxerit.

3) Tandem Protestantes in Germania attendunt quidem septimum a Jure Canonico inventum, sed id aliquo modo coadventant. Sequitur ex his, ut in omnibus prohibitiis præter Jus naturale constitutis dispensatio permitatur.

2) Secundum quæ nunc instituenda ipsa resolutio problematum, quinam causis scil. & quomodo prohibiti sint, & quidem

1) in linea recta inter ascendentes & descendentes, e. g.

3) de Jure Naturæ strictè dicto quidem nihil, de Jure Naturæ late dicto autem in infinitum prohibitum est matrimonium utpote decoro & honesto. contrarium

trarium tanquam temerariis
commixtionibus & irritationi
affectionum vitiosorum occasio-
nem dans. Cumque reipubl.
salus in societate matrimoniali
honesta admodum sita sit, inde
tanquam indispensabile prohi-
bitum est id matrimonium le-
gibus.

- b) Mosaicis
c) Romanis
d) Jure Can.
e) Protestantium ecclesiastico.


2) Lineam collateralem seu oblique quam quod attinet, occurrit

a) primus gradus, e. g. ♂, in quo fratres & sorores, in hoc

1) iterum non Jure Naturae stricte sed late dicto prohibi-
tum est matrimonium, ex
iisdem, quas in linea recta ac-
cepimus, rationibus adeoque
iterum, tanquam indispensa-
bile prohibitum est

2) Jure Mosaicō
3) Romano
4) Canonico
5) Protestantium ecclesiastico.

E e 5 b) Sue-

b) Succedit secundus gradus lineaæ collateralis inæqualis, e. g.  in quo

1) Jus Naturæ absolute consideratum nihil prohibet, hypotheticum autem tamquam indecorum prohibet matrimonium, si persona immediate sub stipite communis constituta sit fœmina, adeoque cum amita & materteræ scil. ubi ex institutis populi cuiusdam amitæ & materteræ parentum reverentia debetur, ibi, si hæc sororis vel fratri filio tanquam uxor parere deberet, respectus parentalæ confunderetur & sic indecorum, immo confusio auctoritatis iurium oriretur, ergo merito tanquam indispensabile hoc matrimonium prohibatum est

2) Jure Mosaico

3) Romano

4) Canonico

5) Protestantium ecclesiastico.

Ex adverso cum cesseret hæc ratio confusionis respectus paren-

Si rebus ratione parentelæ in casibus, si personis alijs sicut sona immediate sub stipite consanguinitatis communis constituta sit membrum mascula, utpote cum patruo aut cum avunculo.

¶ inde

id est licet consanguinitas effusa

a) nec Jure naturali late dicto & hypothetico hoc matrimonium.

b) nec Jure Mosaico prohibitum est, sed dispensabile;

c) bene tamen tanquam ex segmento legis Jure Romano, item

d) Jure Canonico, nec non


e) Protestantium ecclesiastico
prohibitum est & dispensatione indigeret. Ex identitate rationum eadem dicenda sunt, si quis in gradu remotoe adhuc constitutus ducere velit personam immediate sub stipite communis constitutam, e.g.

¶ ¶ ¶ ¶

c) Sequi-

c) Sequitur secundus gradus lignæ collateralis æqualis inter consobrinos (Geschwister Kinder) e. g. & quidem

- 1) Jus Naturæ prohibet, sed
2) Mosaicum
3) Romanum hic nihil prohibet, sed
4) Jus Canonicum &
5) Protestantium ecclesiasticum matrimonium prohibet, quod tamen dispensabile est.

d) Porro in tertio gradu lineæ collateralis inæqualis, e. g. 
1) nec Naturale
2) nec Mosaicum
3) nec Romanum quidquam prohibuit, sed iterum
4) jus Canonicum ex sepiamento legis, immo &
5) jus Prot. ecclesiasticum prohibet matrimonium, quod dispensabile est, & quidem hic in Germania inter Protestantes solet esse ultimus casus, qui prohibitus est, adeoque dispensatione indiget.

e) Tertius gradus lineæ collateralis æqualis inter consobrinos

- rum liberos, andere Geschwi-
ster Kinder, e. g.
- 1) multo minus Jure Naturali,
 - 2) Mosairo
 - 3) Romano prohibitus est, bene
tamen
 - 4) Jure Canonico.
 - 5) Inter Protestantes autem in
Germ. non prohibitus est
plerumque, sed permissus
est primum, nec dispensa-
tione indiget. Attamen in qui-
busdam locis inter Protest.
in Germ. hoc casu dispensa-
tione opus est; ultra vero
inter Protest. in Germ. nulla
prohibitio exstet, ergo in ce-
teris gradibus
 - 6) omni jure matrimonium li-
cer, nisi quod Jus Can. anti-
quissimum septimum gra-
dum computationis civilis,
e. g. : post Alexan-
dri III. tempora autem se-
ptimum gradum computa-
tionis

tionis canonicae, e. g. tanquam sepimentum legis prohibuerit: Innocentius III. vero hanc prohibitionem restrinxerit ad quartum gradum lineaे collateralis æqualis, e. g. ut itaque jure canonico recentissimo demum sine dispensatione matrimonium iniuste liceat in quinto gradu lineaæ collateralis inæqualis, e. g.

B. Adfinitas; quæ est relatio inter personam quandam & familiam alterius personæ per concubitum effecta. Hinc notandum.

a) quod affinitas contrahatur per concubitum. Nam cum per concubitum duæ personæ una caro fiant adeoque pro eadem persona habeantur, inde sequitur, quod masculus in eadem relatione sit cum foeminae familia, cum qua concubuit, in qua haec ipsa est cum sua familia: & vice versa foemina una caro cum masculo, cum quo concubuit, facta, & quia cum hoc pro una persona habetur, in eadem relatione est cum

cum masculi hujus familia, in qua est ipse cum sua familia;

B) neque attenditur, an concubitus fuerit legitimus vel non, immo

y) inde est, quod solus conjux adfinis fiat cum conjugis sue cognatis, non vero cognati duorum conjugum inter se, utpote ~~ad~~ si ex familia a, per-

sona A. uxorem ducat B. ex familia b, runc A. cum B. una caro & una persona facta, adeoque cum B. in eadem relatione est ad hujus integrum familiam omnesque cognatos b. b. b. &c. Sed **78** A. cognati a. a. a. &c. non facti sunt una caro cum B. ergo nec adfines sunt cum **78** B. cognatis b. b. b.: vice versa sola B. una caro & una persona facta est cum A. ergo etiam sola cum hujus cognatis a. a. a. &c. in eadem relatione constituta est. Unde sequitur, ut familia & cognati a. a. a. &c. atque familia & cognati b. b. b. inter se non sint adfines.

d) Ex quo porro fluit, ut inter cognatos conjugum A. & B. nulla adsit matrimonii prohibitio ex adfinitate,

e) simulque apparens & spuria adfinitas a vera distinguitur in casibus seqq.

i) Con-

1) Conjugum A. & B. e. g. ^{A B}_{a b} con-
 privigni, zusammen gebrachte Kin-
 der, a. & b. inter se non sunt adfin-
 es, nec etiam matrimonium inter
 eos prohibitum est, quia sunt solus
 viricus A. cum privigna b. adfinis
 est, & vice versa, sola noverca B. ad-
 finis facta cum privigno a. Neque
 aliud obrinet, licet ex novo conju-
 gio A. & B. natus frater communis
 e. g. ^{A B}_{a b}. Nam cum a. & b. affi-
 nes non sunt facti per concubitum
 parentum A. & B. juxta jam dicta:
 inde neque demum adfinis sient,
 quod ex concubitu partus sit natus;
 nam non generatio, nec fœcundus
 concubitus sed solus concubitus & in
 eo contingens unitas carnis ratio &
 fundamentum adfinitatis est per de-
 finit. & dicta sub litt. a) Neque
 Levit. XVIII. contrarium exstat, ubi
 passive verba sonant: *gebohren ist*, &
 denotant prohibitionem matrimonii
 inter a. & c. tanquam fratres & soro-
 res unilaterales & quidem consanguineos &
 inter c. & b. jam sorores &
 fratres unilaterales uterinos, qui adeo
 invicem sunt cognati in primo gradu
 linea collateralis & sic emendatio


SELDE*

SELDENI aliorumque, qui verba
Mosis active legunt, gehöhrten hat,
& intelligunt, quod inter a & b post
fratris communis c nativitatem ma-
trimonium prohibitum sit, ratione ca-
ret, immo ei & verba textus seqq.
und deine Schwester ist contraria sunt.

- 2) Pariter conjugum A & B, e.g.  parentes a & b die Schwieger-Eltern unter sich non sunt adfinis, nec matrimonium inter eos prohibitum est, quia sola uxor B cum socero a adfinis facta est: vice versa solus maritus A cum socero b adfinis factus est.
- 3) Porro conjugum A & B, e. g.  fratres & sorores a & b non sunt ad-
fines, nec matrimonium inter eos
prohibitum est ex iisdem rationibus,
adeoque mihi a licet fratrī mei A
uxoris B fororem b uxorem ducere.
- 4) Nec non filius a mariti A cum hujus
conjugis B forore b  adfinis non
est, nec matrimonium inter eos pro-
hibitum est. Nam solus A adfinis
est conjugis B cognatis adeoque foro-
ri b & sic quoque sola B uxor adfinis
est mariti A cognatis, adeoque ejus
filio a tanquam privigno B, minime
vero a & b inter se adfinis sunt.

F f

5) Tan-

5) Tantem a privignus τε B tanquam
novercæ, e. g.  non est ad-
finis cum novercæ matræ b. adeoque
nec inter a & b prohibitum est ma-
trimonium. Nam solus A pater &
maritus cum uxorū B cognatis adeo-
que ejus matræ b tanquam socrū sua
adfinis est, & vice versa sola B adfi-
nis est mariti A cognatis adeoque ejus
filio a tanquam suo privigno, non
ergo a & b invicem sunt adfinis. Er-
go nec contra hunc & priorem casum
valet dubium, quod respectus paren-
telæ confundatur, nam ubi nulla ad-
finitas nec consanguinitas, ibi neque
respectus parentelæ neque confusio
hujus respectus locum habet; at in-
ter a & b non est adfinitas nec con-
sanguinitas, ergo nec respectus pa-
rentelæ nec ejus confusio. Et licet
hoc modo accidat, quod A socrus suæ
b fiat sacer, hoc tamen non atten-
dendum est, quia jam non in qua-
stione est, quid accidat inter A & b,
sed quæstiō est de matrimonio alia-
rum personarum, scil. a & b, & sic
totum dubium fallaciam ignorationis
ἐλέγχου continet & statum contro-
versiae non concernit. Interim in qui-
busdam

busdam locis legibus positivis matrimonium in casu quarto & quinto ob dubia ista prohibitum est, semper tamen dispensabile.

C. Ipsa legis determinatio jam attendenda est, quod ut fiat, nosse debemus

i) Computationum, in qua occurunt

a) personæ eodem modo signandæ, uti in consanguinitate

b) gradus, qui eodem modo se habent, uti in consanguinitate, unde regulæ: *quoto gradu quis mihi junctus est in consanguinitate, eodem gradu ejus conjux mihi junctus est in affinitate.* Sunt enim eadem persona cognatus meus ejusque conjux, per definitionem affinitatis;

c) nec non linea eodem modo, uti in consanguinitate, quibus addi debent

d) genera affinitatum, quorum sunt tria


α) primum genus affinitatis oritur

*) vel si meo A conjugi B sint cognati b. b. b. &c.


que conjugis mei cognati mihi sunt affines in primo genere.


**) vel si meus A cognatus quidam a uxorem ducat b. tunc

F f 2 ego

ego A cum meorum cognato-
rum a. a. a. &c. 

(3) secundum genus adfinitatis con-
trahitur medianibus duobus ma-
trimoniis, nimirum

(*) Ut conjugis mei adfinis primi
generis mihi sit adfinis in se-
cundo genere, utpote si mei A
conjugis B cognatorum qui-
dam b, matrimonium contrahat
cum c,  tunc c con-
jugi meæ B. adfinis primi ge-
neris mihi autem A adfinis se-
cundi generis est, vel

(**) Si meus adfinis primi generis
ad secunda vota transeat cum
novo conjuge, ejus adfinis si
in secundo genere, utpote si A
habeam cognatam a, quæ matri-
monio juncta B & post mortem
cognatae meæ a, viduus ipsius B
tanquam adfinis meus primi ge-
neris uxorem ducat c, tunc nova
hæc uxor mihi A, secundo ge-
nere adfinis est, e.g. 

γ) Ter-

al. Javil. **y)** Tertium genus adfinitatis oritur; in personis numero præcedente expositis adhuc una per aliud matrimonium accedat. Jam quoque nosse debemus

2) Prohibitionem. In hac iterum considerabimus

a) Jus Naturale ut sciamus, in quibus casibus dispensatio non admittenda fit; deinde ad

b) Jus Mosaicum propter dicta sub analysi gradum in consanguinitate prohibitorum. Porro respiciendum ad

c) Jus Romanum, & ad
d) Jus Canonicum, quod itidem in af-

finitate
e) primi generis sepimentum legis constituit æquale sepimento legis in consanguinitate indeque tenet regulam: *Quoto gradu matrimonium prohibitum est citra dispensationem in consanguinitate, eodem idem prohibitum est in affinitate primi generis.*

f) in secundo genere autem tantum dispensationem requirit Jus Canonicum, ubi parentæ respectum supposuit. Denique adspiciendum

g) Jus ecclesiasticum Protestantum in Germ. quod in dubio easdem re-

454 APPENDIX AD TIT. XIV. LIE. IV.

gulas cum Jure Canonico servat. In quibusdam autem territoriis ne qui-dem in primo genere adfinitatis quoad lineam collateralem in tan-tum se extendit prohibitio, in qua-nrum in consanguinitate matrimo-nium prohibitum est.

3) Secundum hæc nunc instituenda est ipsa resolutio problematum, quinam casus scil. & quomodo sint prohibiti, scil. in

a) primo genere adfinitatis, & quidem α) in linea recta adscendentes & de-scendentes, utpote inter privi-giam & vitricum vel inter privignum & novercam nec non inter socherum & nu-
rum, item inter socrum & generum matrimonium pro-hibitum est eodem modo, uti de consanguinitate dictum, in quoconque gradu quoque remo-tiore constitutæ sint personæ.

β) Quoad lineam collateralem sive obliquam v. in primo gradu duo occurunt casus, scil.

γ) Uxoris defunctæ soror & quidem

δ) Jus

- et Ideo ista a) Jus naturale nihil prohibet,
- in matrimonio b) Mosaicum vero prohibuit
- omniis suis regi tantum in polygamia simul
- sanguinis, in duas sorores in matrimonio
- habere, quae prohibitio fir-
- mat regulam in casibus non
- exceptis, adeoque permittit
- uxoris defunctæ sororem du-
- cere, indeque hoc matrimo-
- nium dispensabile est;
- ¶ omni c) attamen Jure Canonico
- in matrimonio d) Romano, &
- idem protestantium e) Protestantum ecclesiastico
- sanguinisque su- prohibitum est & dispensa-
- tione indiget,
- etiam si manu 2) Fratris defuncti vidua
- totiusq; sanguinis quod matrimonium
 - a) Jus Naturæ non prohibet,
- in matrimonio b) Mosaicum autem si frater
- defunctus reliquerit liberos,
- aut, ut quidam interpretan-
- tur Levit. XVIII. v. 16. si fra-
- ter repudiaverit uxorem,
- prohibuit, alias vero præce-
- pit, ut Levir viduam ducat.
Inde sequitur, ut quem-
- admodum præceptum hoc,
- ita etiam prohibitio particu-
- laris sit, ad solam rem publ.
Judaicam pertinens, singula-
- ribus

ribusque hujus reipubl. rationibus nitens, quorum per-
lata nuptiis tiner, ne per talia matrimo-
nia confundantur stemmata
& sic genealogia Servatoris
nostrj Judæis promissi incerta
fiat; unde iterum sequitur,
ut matrimonium hoc sit dis-
pensabile; licet

c) Jus Romanum &
d) Canonicum, immo &
e) leges ecclesiasticae Protestant.
hoc matrimonium prohi-
beant adeoque dispensatione
opus sit.

2) In secundo gradu linea collatera-
lis inæqualis, si persona superior
sit fœmina, utpote cum patrui
vidua aut avunculi vi-
dua

3) Jus Naturæ quidem absolu-
tum nil prohibet, hypotheti-
cum autem iterum respectus
parentelæ confusionem re-
spuit, & matrimonium non
indulget, unde etiam

2) Jure Mosaico id prohibitum,
nec dispensationem admittit, ac
multo magis

3) Jure

- 3) Jure Romano
- 4) Canonico &
- 5) Protestantium Jure ecclesiastico
prohibitum est. Idem dicen-
dum de matrimonio cum so-
cri vel socrus sorore

Quodsi vero persona superior
mascula sit, utpote in ma-
trimonio cum amitæ viduo,
e. g. ♂ vel materteræ vi-
duo, e. g. ♀ aut cum so-
cri fratre ♂ aut socrus
fratre ♂ tunc respectus pa-
rentelæ non confunditur per
matrimonium, & sic

- a) neque Jure Naturæ hypo-
thetico
- b) neque Mosäico id prohibi-
tum, indeque dispensabile est;
prohibitum tamen est
- c) Jure Romano
- d) Canonico &
- e) Protest. eccles. adeoque dis-
pensatione indiget.

Ff 5

δ) In

d) In ceteris gradibus semper obtinet dispensatio, quæ, quousque necessaria sit, intelligitur ex regulis antea propositis, scil.

de Jure Canonico recentiore, ut matrimonium ultimo pro-

hibitum est inter a & b

tamquam IVto gratu cognatos, ita etiam inter a & c viduum v. viduam & b tanquam eodem gradu in adfinitate primi generis junctos. Unde sequitur, ut de Jure Canonico recentiore primus casus sine dispensatione permisus sit in Vto gradu linea collateralis inæqualis. Ut-

pote quemadmodum A con-

sanguineum B. c sine dis-

pensione in conjugio habere potest per dicta de consanguinitate, utpote Vto gradu junctum, ita quoque cum B viduo vel vi- dua c matrimonium contrahere potest.

2) de Jure Protest. dispensatione postremo opus est in tertio gradu linea collateralis inæqualis, utpote

ut pote quemadmodum A sine dispensatione in conjugio habere nequit B. C. ob tertium consanguinitatis gradum in linea collaterali inæquali, ita quoque nec B viduum, vel viduam c. in matrimonio habere nequit tanquam eandem personam cum B. Indeque sequitur, ut in tertio gradu linea collateralis æqualis matrimonium primò sit permisum sine dispensatione, ita ut A uti cum B ita etiam cum B viduo vel vidua C matrimonium licite contrahat.

